69
1 C
13 H

4.-3.E.10.

Opera, d'edizione di molto pregio, e rara

Vedi Tiraboschi Storia della Letteratura Italiana Tom: 6 Par: 1 pag: 303=310, e del med.° la Biblioteca Modenese Tom: 1, pag: 165 e seg:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pauli Cortesij Protonotarij Apoſtolici in quatuor Libros Sententiarum argutæ Romanoq; eloquio diſputationes.



Venundantur in officina Aſcenſiana.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In qua ſunt & alia eiuſdem monetæ quæ his colligari poſſint ſub incude, propediē abſoluenda.

BIBL. ROM. PROV. ROM. IHS

Tabula.

TABVLA SVPRA LIBROS SENTENTIARVM PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI IN PRIMO LIBRO DISTINCTIO PRIMA.

An ſubiectum Theologiæ ſit Deus.
An articuli fidei ſint principia vel concluſiones.
An theologia ſit ſcientia.
An ſit dignior cæteris.
An ſit maior metaphyſica.
An ſit ſapientia.
An ſit ſui gratia.
An cæteræ ad eam ordinentur.
An ſit certiſſima.
An ſit ſpeculatiua vel practica.

DIST.II. DE DEO.

An Deus cognoſci poſſit ab hominibus.
An Deum eſſe demonſtrari poſſit.
An Deus ſit corpus.
An ſit compoſitus.
An ſit æternus.
An ſit in potentia.
An ſit in materia.
An patiatur accidens.
An ſit forma corporis.
An ſit perfectus.
An ſit infinitus.

DI.III. DE SCIENTIA DEI.

An in Deo ſit ſcientia.
An Deus cognoſcat ſingularia.
An Deus cognoſcat mala.
An ſcientia Dei ſit mutabilis.
An Deus cognoſcat alia extra ſe.

DIST.IIII. DE IDEIS.

An in Deo ſint ideæ.
An ſint plures ideæ.

DI.V. DE PROVIDENTIA.

An in Deo ſit prouidentia.
An prouidentia habeat media.
An Bene fortunatus adiuuetur a cauſis ſuperioribus.

DI.VI. DE PRAEDESTINATIONE.

An homines prædeſtinentur a Deo.
An prædeſtinatio certus effectus conſequatur.
An homines ſpolientur libero arbitrio.
An ſit certus numerus prædeſtinatorum.
An numerus prædeſtinatorum ſit certus formaliter vel materialiter.
An diuina voluntas alios reprobet: alios eligat ad gloriam.

DE POTENTIA DEI.DIST.VII.

An Deus habeat potentiam infinitam.
An in Deo ſit omnipotentia.
Quæ Deus facere non poſſe videtur.

DI.VIII.DE VOLVNTATE DEI.

An voluntas Dei ſit cauſa rerum.
An agat voluntate vel naturæ neceſſitate.
An ſemper eius voluntas expleatur.
An eius voluntas mutari poſſit.
An habeat liberum arbitrium.

DI.IX.DE TRINITATE.

An ſit proceſſio in diuinis.
An proceſſio ſit generatio.
An ſpiritus ſanctus procedat vt amor.
An amor procedat a verbo.
An poſſit aſſignari ordo in diuinis.
An in diuinis ponatur nomen perſonæ.
An tres perſonæ ſint æquales.
An perſona procedēs ſit coæterna principio ſuo.
An in diuinis ſit ordo naturæ.

IN LIB.II. DE CREATIONE.DI.I.

An mundus ſit creatus.
Mundum eſſe creatum contra Ariſtotelem.

DIS.II.DE ANGELIS.

An angeli ſint creati ante mundum corporeum.
An ſint conſtituti ex materia & forma.
An ſint in loco.
An in eis ſit voluntas.
An habeant liberum arbitrium.
An ſit certus numerus angelorum.
An angeli differant ab animabus.
An angeli ſint creati in beatitudine.
An angeli habeant corpora vnita.
An angeli aſſumant corpora.

An angeli poſſint ingredi corpo ra hominum.
An angeli dentur cuſtodes.

DI.III.DE DAEMONIBVS.

An angeli peccare potuerint.
An ſuperbia fuerit primum eorum peccatum.
An in primo inſtanti peccauerint.
An plures remanſerint, q̄ ceciderint.
An per reuelationem bonorum angelorum in-telligant.
An per experientiam intelligant.
An habeant liberum arbitrium.
An Dęmones puniantur igni.
An Dæmones poſſint liberari.
An Dęmones cognoſcant res occultas.
An Dæmones cognoſcant res abſentes.
An Dæmones cognoſcant res futuras.
An Dæmones poſſint ingredi corpora hominũ.
An Dæmones poſſint ingredi omnia corpora.
An Dæmones poſſint aſſumere corpora.

DI.IIII. DE CREATIONE CORPORVM.

An materia informis præceſſerit tempore diſtinctionem.
An tempus fuerit ante informe.
An primo die ſit creata lux.
An lux ſit corpus.
An ſecundo die ſit creatum cœlum.
An aquę ſint ſupra firmamentum.
An ſit vnum cœlum vel plures.
An tertio die ſit facta congregatio aquarum.
An tertio die ſint arbores & ſtirpes creatæ.
An ſtellæ ſint createę quarto die.
An ſtellę ſint animatæ.
An quinto die ſint creati piſces, & aues.
An ſexto die ſint creati quadrupedes.
An ſeptimo die Deus ceſſauerit ab operibus.

DIST.V.DE HOMINE.

An anima ſit de ſubſtantia Dei facta.
An ſit facta ante corpus.
An corpus primi hominis ſit immediate productum a Deo.
An corpus fieri debuerit ex limo terræ.
An corpus ſit factum ex quattuor elementis.
An paradiſus terreſtris ſit in oriente.
An homo ſit imago Dei.
An Adam viderit Deum de facie.
An Adam ſtatim habuerit ſcientiam omnium.

DI.VI. DE STATV ANTE PECCATVM.

An homo in ſtatu innocentiæ fuiſſet æternus.
An in ſtatu innocentię fuiſſet generatio per coitum.
An infantes ſtatim generati habuiſſent perfectam virtutem corpoream.

DIST.VII.DE PECCATO PARENTVM ET ORIGINIS.

An peccatum parentum fuerit ſuperbia.
An fuerit gula an fraus.
An peccatum originale tranſfundatur.
An ſit peccatum voluntarium.
An ſit priuatio iuſtitiæ originalis.
An ſit mollis concupiſcentia: vel libidinoſa cupiditas.
An tranſfundatur cum ſemine.
An primi parentis voluntate proueniat.
An conſiſtit in carne vel in anima.
Quæ mala ex peccato prouenerint.
An alterum ab altero cauſetur.
An ſcelerati puniantur a Deo.

IN LIB.III.
DE RESTAVRATIONE DIST.I.
DE INCARNATIONE.

An conueniens fuerit Deum incarnari.
An conueniens fuerit Deum incarnari propter liberationem hominum.
An conueniens fuerit Deum incarnari: etiam ſi homo non peccaſſet.
An trina diuina perſona incarnari potuerit.
An in Chriſto fuerit aiæ & corporis coniunctio.

Tabula.

An verbo fuerit natura humana accidentaliter coniuncta.
An Deus poſſit quamlibet naturã ſuppoſitare.
An Deus verum humanum corpus ſumpſerit.
An Chriſti corpus fuerit coeleſte.
An Chriſtus animam aſſumpſerit.

DIST. II. DE PERFECTIONE CHRISTI.

An in anima aſſumpta a verbo fuerit gratia habitualis.
An gratia Chriſti fuerit actu infinita.
An Chriſtus habuerit aliquam praeter diuinam ſcientiam.
An Chriſtus eadem omnia quae verbũ nouerit.
An Chriſtus habuerit potentiam transformandorum corporum.
An Chriſtus in incarnatione defectus aſſumpſerit.
An in Chriſti animã fuerit peccatum.
An Chriſti anima fuerit paſſibilis.

DI. III. DE ADORATIONE CHRISTI.

An Chriſtus ſit adorandus adoratione latriae.
An Chriſti imago ſit adoranda adoratiõe latrię.
An Chriſti crux ſit adoranda adoratione latriae.

DI. IIII. DE CONCEPTIONE VIRGINIS.

An Beata virgo ſit cõcepta in peccato originali.
Opinio Scotiſtarum, & Thomiſtarum.

DI. V. DE PASSIONE CHRISTI.

An neceſſe fuerit Chriſtum pati pro toto genere humano.
An alio genere q̃ paſſione potuerit liberari genus humanum.
An conueniens fuerit mors crucis.
An homines ob Chriſti paſſionem ſint a Daemonum vinculis liberati.
An Chriſto fuerit neceſſarium mori.
An in morte ſit ſeparata diuinitas.
An Chriſtus veraciter deſcẽderit ad infernum.

DI. VI. DE ASCENSIONE CHRISTI.

An Chriſto neceſſarium fuerit reſurgere.
An poſt reſurrectionem fuerit verum Chriſti corpus.
An integrum corpus reſurrexerit.
An conueniens fuerit Chriſtum aſcẽdere in coelum.
An Chriſtus ſupra omnes coelos aſcenderit.

DI. VII. DE VIRTVTIBVS THEOLOGICIS.

An fides a Deo proueniat.
An liceat diſcedere a fide.
An heretici pertinaces ſint morte mulctandi.
An ſpes ſit virtus theologica.
An ſpes principaliter reſpiciat beatitudinem.
An Beati ſint in ſpe.
An damnati ſint in ſpe.
An charitas augeri poſſit.
An charitas per peccatum mortale tollatur.
An plus ſint diligendi ex charitate parẽtes.
An plus ſint diligẽdi filii.
An plus ſit diligenda mater q̃ pater.
An paci diſcordia opponatur.
An liceat clericis dimicare.
An liceat facere eleemoſynam ex vſuris.
An liceat facere eleemoſynam ex pecuniis in ludo acquiſitis.
An liceat facere eleemoſynam ex pecuniis ſimonia acquiſitis.

DI. VIII. DE VIRTVTIBVS MORALIBVS.

IN LIB. IIII. DE SACRAMENTIS DISTINTIO. I. DE BAPTISMO.

An ſacramentum diffiniri poſſit.
An character baptiſmi ſit in potentia intellectiua ſubiectiue.
An in baptiſmo aqua artificialis ſit conueniens.
An trina immerſio requiratur.
An effectus baptiſmi pueris inſinuetur.
An pueri infidelium ſint baptizandi inuitis pa-

rentibus.
An fictio impediat baptiſmum.
An immerſio debeat iterari.

DI.II.DE EVCHARISTIA.

An Euchariſtia ſit vnum ſacramentum.
An panis & vinum ſint materia Euchariſtiæ.
An materia ſit panis triticeus.
An ſit panis azimus vel fermentatus.
An vinum fictitium ſit conueniens.
An Acetum vel omphacinum ſit conueniens.
An corpus Chriſti ſit in eucharistia realiter.
An corpus Chriſti per hoc q incipit eſſe realiter in ſacramento in terris: deſinat eſſe realiter in cœlis.
An Chriſtus totus & totaliter ſit in hoc ſacramento.
An per hoc ſacramentum conferatur gratia.
An qui ſit in peccato mortali conſequatur gratiam.
An ſacerdos poſſit hoc ſacramentum conferre damnatis.
An poſſit conferre furioſis & mente captis.
An per pollutionem nocturnam ĩpediatur hoc ſacramentum.
An qui non ſint ieiuni poſſint ſumere hoc ſacramentum.
An ſacerdos prius ſacrificare debeat: q̃ populum communicet.

DI.III.DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

An Pœnitentia ſit ſacramentum.
An Pœnitens reſurgat in æquali gratia vel virtute.
An homo poſſit Deo ſatiſfacere pro peccato.
Quid ſit contritio.
Quid confeſſio.
Quid ſatiſfactio.
An Eccleſia indigeat clauibus.
An ſacerdos in quemlibet clauiũ poteſtate vti poſſit.
An indulgentia habeat vim tam in foro eccleſię q̃ in Dei iudicio.
An ſit vtilis indulgẽtia.
An Indulgentia liberet pœna temporali.
An Animæ purgabiles habeant receptacula.

DI. IIII. DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.

An vnctio extrema ſit inuenta a Chriſto.
An oleum ſit materia proxima huius ſacramẽti.
An detur contra defectus, quibus vita ſpiritualis tollitur.
An laicus poſſit conferre hoc ſacramentũ.
An Diaconus poſſit conferre.
An Stulti poſſint vngi.
An pueri poſſint vngi.
An ſani debeant vngi.
An in quocunq morbo conferatur.
An totum corpus vngi debeat.

DIS.V.DE SACRAMENTO ORDINIS.

An in ordinando requiratur Probitas vitæ.
An ſacerdos debeat habere ſcientiam legis.
An ſint ſeptem ordines.
An ſolus epiſcopus poſſit ordinare.
An confirmatio pertineat ad epiſcopum.
An epiſcopus hęreticus poſſit ordinare.
An epiſcopus reconciliatus poſſit ordinare.
An ſimoniaci ſint irregulares.
An ſimoniacus ignorans poſſit ſine diſpenſatione ordinari.

DI. VI.DE SACRAMENTO MATRIMONII.

An matrimonium ſit naturale.
An matrimoniũ ſit in genere ſacramentorum.
An in matrimonio conferatur gratia.
An matrimonium habeat aliqua bona quibus excuſetur.
An ſponſalia conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promiſſio.
An tacito conſenſu matrimonium cõtrahatur.
An matrimonium errore impediatur.
An votum impediat matrimonium.

An conſanguinitas impediat matrimonium.
An adoptio impediat matrimonium.

DI. VII. DE RESVRRECTIONE.

An anima ſeparata habeat receptacula.
An animæ ſeparatæ remaneant actus potentiarum ſenſitiuarum.
An malorum ſuffragia proſint mortuis.
An ſuffragia proſint damnatis.
An quædam ſigna iudicium præcedant.
An futura ſit eclipſis Solis & Lunæ.
An futura ſit purgatio mundi.
An futura ſit purgatio ex igni.
An futura ſit purgatio ex elemento ignis.
An ignis futurus ſit conſumptiuus elementoꝝ.
An ignis exuſturus ſit electos.

DIST. VIII. DE EADEM RESVRRECTIONE.

An futura ſit neceſſario reſurrectio.
An reſurrectio ſit futura in fine mundi.
An ſciri poſſit hora reſurrectionis.
An cineribus remaneat appetitio ad animam.
An corpus idē numero reſurrecturum ſit.
An crines & vngues reſurrecturi ſint.
An homines reſurrecturi ſint in iuuentute.
An qui erunt beati, habituri ſint impaſſibilitatē.

DIST. IX. DE IVDICIO.

An futura ſit in iudicio diſceptatio vocalis.
An futura ſit teſtificatio vocalis.
An Chriſtus ad iudicium venturus ſit forma humana.
An damnati viſuri ſint diuinitatem Chriſti.
An mundus innouandus ſit.
An motus cœli ceſſaturi ſint.
An orbes ceſſaturi propter ceſſationem intelligentiarum.
An ceſſaturi, in eodem ſitu quo ſunt creati.
An augenda ſit claritas corporum cœleſtium.
An habitura ſint claritatem elementa.
An bruta & plantæ extinguenda ſint.

DI. X. DE BEATITVDINE.

An beatitudo ſit in bonis corporis.
An beatitudo ſit in voluptate.
An beatitudo ſit in honore.
An beatitudo ſit in gloria.
An beatitudo ſit in potentia.
An ſit in ſcientiis ſpeculatiuis.
An ſit in aliquo bono creato.
An ſit in actu voluntatis.
An intellectus creatus poſſit Dei eſſentiam videre.
An intellectus ad videndum Deū indigeat adiutorio luminis gloriæ.
An intellectus videat omnia in Deo.
An beatitudo in Dei viſione conſiſtat.

DI. XI. DE POENIS DAMNATORVM.

An anima ſeparata corporeo igne vri poſſit.
An ignis inferni futurus ſit æternus.
An infernus locus ſit in centro.
An damnati velint infernum impleri animabus.
An habituri ſint odio Deum.
An deſideraturi ſint beatitudinem.
An futurum ſit vt vti poſſint ſcientia acquiſita in vita.
An maior eorum dolor futura ſit carentia viſionis diuinę.
An futurum ſit vt a poenis æternis liberari poſſint, precibus ſanctorum.

Finis Tabulæ.

Quos vero auctores citarit legendo opus ipſum conſtabit.

ROMA

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI PROOEMIVM IN LIBRVM PRIMVM SENTENTIARVM AD IVLIVM.II. PONT.MAX.

DIV Pont.Max. ſumma eſt hominum contentione certatum: Philoſophorũ ne eſſet ſtudiis latini ſermonis adhibendus nitor. Sunt enim multi philoſophi: qui cum facultatem verborum faciendorum voluntariam eſſe opinentur: nihiloq; minus eis in pariendo licere q̃ priſcis illis licitum fuerit, arbitrẽtur: negant quicq̃ eſſe cauſę: cur verborum pariendorum licẽtiam priſcorum anguſtiis præfiniri velint: Nonulli autẽ cum philoſophiam quaſi marmoream quandã ædem conſtituãt: nullo modo ei tectorium induci debere cenſent: nec fas eẽ putant: pulcherrimi vult⁹ candori illiniri fucum. Quibuſdã etiam ſeuerioribꝰ philoſophiam ſqualli diorem & horridiorẽ eſſe placet: quæ nec aſpectu inuitet adeuntes: nec opes vulgo largiendo effundat. In quo quidem cũ permagna res agatur vtilitatis hominum: cauſa eſt contra eos arma capiendi: Siquidem ſi verborum faciendorum licẽtiã ſibi non negatam dicant: conceſſutos arbitror: idem perinde poſteris vt illis licere: & rurſum æque cæteris ac cæteris liberũ futuꝝ: ex quo in infinitum curſus dimanatet: quo ſane nihil dici põt in omni philoſophia inſciti⁹: Atq; etiam ab his: qui philoſophiæ oĩa ornamenta adimunt: in tantula cauſa ſciſcitandum puto. Num philoſophię ſpeciẽ naturalẽ an artificioſam velit! Nã ſi naturalem eam eſſe affirmant: perquirendum quidem eſt: vtrum ſignificetur nutu: an in mente & cogitatiõe verſetur: propterea ꝙ ſi eam in mente inſidere dicant: nihil abeſt quin ab hac diſcerptatiõe recedant: cum de ſpecie litterata diſputetur. Si autẽ naturæ pulchritudinẽ nutu ſignificari opinẽtur: perfacile etiam fateri poterunt: fruſtra ſermonem hominum generi a natura datum: Quo vno belluis maxime pręſtamus: ſiquidem cęterorum animantiũ natura: inſcitia loquendi vſq; eo peruenit: vt viciſſim inter ſe hilaritatem & triſtitiam ſignificent voce naturæ: vt pręclare in rugitu leonũ: vel in canum latratu: ſiue equorum hinnitu apparet. At homo qui ratioĩs eſt compos ſermone bonorum & malorum genera declarat. Ex quo confiteri neceſſe; eiuſmodi philoſophiæ ſpeciem litteratam & artificioſam videri: quæ ad naturæ pulchritudinem ſtatuatur. Q. ſi artificioſa dicatur: nemini dubium eſſe debet: eam ſpeciem philoſophiæ ſtudiis eſſe aptiorem: quę ſuauis q̃ quæ abſona feratur: propterea ꝙ ſuauitas cum in intelligendi ſenſum irrepat philoſophiæ ſtudia ãplificat. Nã qui in aliquo doctrinarum genere cum oblectatione verſanť ſubtili⁹ quicq; in eo genere diiudicãt: vt qui citharę artificio delectanť: perfacile citharoedi boni fiũt: ob eam cauſam affirmamus in orationis ornatu verboꝝ ſalubritatẽ non cõſectãdum eſſe fucũ: quandoquidẽ elegantia philoſophiã: tanq̃ pulchritudo habitũ corporis ſequatur. Itaq; his qui eloquentiam cincinnis & fuco contineri credunt iure negemus: eos vnq̃ Rhetoꝝ pcepta attigiſſe cũ virtutũ & vitiorũ vicinitate non internoſcant: quãtũ interſit inter orationẽ fucatã & ſanã: vt lippi quibus omnia alba apparẽt: marmora topho nõ ſecernũt: ꝙ congruere in candore videanť. Nec multo qdẽ ſec⁹ his intempeſtiue ſeueris dicendum erit: q dũ orationẽ vt nũmum tantidem vbiq; valere credunt: & horridiorẽ laudant amictũ: ac ſoli prope philoſophari volũt: non intelligunt cauſã eſſe eis: a philoſophia deſciſcendi: cum vſus ſordidioris amictus ab oſtentatiõe oriať: vt ſcite Ariſtoteles obſoletiorem laconũ amictũ vituperat: quãdoquidẽ oſtentatio nimiũ & parũ nanciſcať. Atq; ego non video cur publicã philoſophię hæreditatẽ ſoli adire velint: nec ad æq̃libriũ aſſem diſptiãt. Aut enim ſunt in

uidiæ:aut auaritiæ poſtulandi. Sed nimirum hoc loco expugnanda eſt eorum theologo
rum arx:qui differendi elegantiã a theologia ſeiungunt:propterea ꝙ a priſco poetarũ ora
torumq; genere manarit:ꝙq; oſtentatrix ſit:& in gloriando leuis: & q̃q̃ multos affirmẽt
ex diuorum cœtu valuiſſe dicendo: ab his tamen dicũt oratorium diſſimulatum florem
do decerpta:cur nõ philoſophiam quoq; pellendam putẽt:ꝙ ex vberrimo priſcorum fon-
Ego autem non intelligo ſi explodendã eſſe eloquentiam dicant: ꝙ ſit ex priſcorum fun-
te defluxerit:cum tamen notum ſit: multum ſępe eam contra tranſfugarum repugnãtiũ
q; inficiationem profuiſſe. At cum affirmant in iſtiuſmodi ſermone glorię oriri ventum:
quo homines tanq̃ vtres & folles inflentur:cauſa non eſt quin dicatur: verius eam gloriã
in ſcientiarum q̃ verborum genere verſari: cum huiuſce gloriæ limes ſit præſtantiæ oſten
tatio.Quod ſi ita eſſet:intelligi etiam liceret: Diuos qui in omni genere doctrinę pręſtite
runt:eiuſmodi gloriæ vento turgidiores extitiſſe: Quod tamen perabſurdum videri de-
bet. Atq; etiam dicendum eſt ob eam cauſam ab his oratorium florem in differẽdo cœla-
tum: propterea ꝙ artis intimæ ſit artificium velare dicendo: Quid enim erat cauſæ cur
diſſimulare vellent:quod conſectari viderentur? Nã ſi vitioſius in dicẽdo putabatur ſplẽ-
dor:cur erat liberum diſſimulare:quod eſſet turpe conſectari? Fgo vero nullo prorſus mo-
do intelligo:quomodo diuis diſſimulare licuiſſe opinentur:niſi eos mendaces fuiſſe fateã
Auguſtin' de doctrina Chriſtiana. tur. Sed nihil eſt ꝙ diutius repugnent:ſi Diuum Auguſtinum vadem accerſam: qui non
ſit limatius dicendi aſpernatus genus:ſed etiam D. Pauli orationẽ ad cæſa: Hieronymiq;
Diuus Paulus. methodicen ad troporum genera retulerit. Ac meo quidem iudicio Pont. Max. natura ſẽ
D. Hiero. per pulchritudinem cum vtilitate ſuopte quodam fœdere coniungit; vt præclare in ſolis
ac ſyderum genere oſtẽditur:quibus difficile eſt iudicare: vtrũ quicq̃ pulchrius aut vtili'
ſit commenta natura. In animantium quoq; ac arborum genere vtilitas a ſpecie non ſeiun
gitur:Quid eſt enim in hominis figura fabricatum; quod ad vſum nõ ęque aptum ac ve-
nuſtum videatur? Quid pulchrum cæterorum animantium vtilibus partibus abeſt? Iam
arborum generi quæ pertinax florum germinatio; quę fructuum procreatio deeſt? Eodem
accedit ꝙ multa fruſtra pene a natura data viderentur: niſi ad ornatum dicerentur natu-
ræ auctoramento parta. Cur enim vel macula pardo.aut pauoni cauda: ſiue leoni eſſet ad
iecta iuba:niſi ad ornatum naturę pingentis ingenio inuenta dicerentur? Equidẽ eloquen
tiam in doctrinarum genere tanq̃ in celſiſſimo corpore pulchritudinem putarim; quæ ab
his velut decor a ſanitate ſeiungi non poſſit: Quod ſane maxime coniungere voluit: to-
Plato. tum illud priſcum philoſophorum genus: Quis enim vel amplitudinem Platonis: vl' ſua
Xenophõ. uitatem Xenophontis: aut Theophraſti candorem: ſiue aureum Ariſtotelis flumen nõ
Theophra. Ariſtoteles. agnoſcit? Ex quo mihi quidem libet hos philoſophorum greges ſciſcitando vrgere: qui ſã
ctius Ariſtotelem q̃ Aegyptii ibim aut Cocodrillum colunt: cur in eo ſplendidiorem ver
borum vſum & eloquentiam non reprehendunt: & ſi non vituperant: cur in hoc ab eo de-
ſciſcunt? Prorſus ſi non conſectantur: damnare ſane videri poſſunt: Quandoquidem eum
in cæteris vt nautæ Elycem aut Cynoſuram ſequantur. Atqui cum ſupra octodecies cen-
tum nihil in eo repertum eſſe dicant: quod iure obiurgari poſſit: inuolutius pugnantia ef
ferunt: cum in eo nullum errorem velint: & tamen aliquid ei ineſſe appareat: quod conſe-
ctari nolint: cum in cæteris eum ſtudioſiſſime ſequantur. Sed ego Pont. Max. multos arbi-
trot hoc ſcribendi genus: non tam iudicio q̃ perficiundi inſcitia: aut naturæ quodam mor-
bo refugiſſe: vt nonullli ſæpe ea contemnere videri volunt: quæ ſe aſſequi poſſe diffidant
ac ictetici mel tanq̃ abſyntium & rutam aſpernantur. Quare cum viderem philoſophiã:
vt euaneſcentem ſine dolore picturam explodi: & humaniores vt verborum tympana cõ
temni: ꝑmagni extimaui quoquomodo poſſem quod vtriſq; deerat adiicere. Itaq; q̃q̃ ſe-

paratim a nobis de principe tres ſcripti ſint libri: multaq; pręclara in philoſophia ſint quæ
illuſtriorib⁹ litteris potuiſſēt explicari: mea ſum tñ magis intereſſe ratus: Theologiā chri
ſtianam ex intima ſententiarum aurifodina ad expolitiones reuocare: Nam cum finis bo-
norũ: pricipis veritatis cōtēplatio ſit: facile ītelligi pōt: eā cęteris pſtātiorē videri: quā doq;
dē ei⁹ hypotheſis pricepſ veritas dicat: q̄ ſit Deus ſupra naturæ complexum notus. Itaq;
vt elegantiorum noſtratum canora ſtudia ad Theologiam reuocarem: quę eſt velox inge
niorum excitatrix: Theologumenon omnium ſententiarum typum quatuor complexus
ſum libris: Nam de deo: de mundi ortu: de inſtauratiōe: ac de ſacris ſeparatim diſputatio
explicatur. In quibus ſane philoſophi fateri cogentur cutem a carne ſeiungere: qui elegan
tiam a philoſophia ſecernunt. Et politiores ſolũ in pinacidiis noſtris intelligere poterũt:
quantum eorum artifex ſedulitas a rerum diuinarum altitudine diſtet: In quo multa di-
uina poterunt diiudicare eſſe vera: quę eorum rationi repugnare videbantur: vt multi ſo-
lem maiorem eſſe q̄ terram ſuſpicari nullo modo poſſunt: niſi Mathematicorum circinũ
& decempedā attigerint. Quos qdē libros tibi Pont. Max. dicare decreui: Nāpterq̄ q̄ iā
diu erat: a nobis hoc tibi æris diſſoluendum: percommode etiam accidit: q̄ Pōtifex ſis his
proximis comitiis ſenatuſconſulto fact⁹: Cuius potiſſimum poteſtati hæc theologica ge
nera creduntur. Contigit enim tibi poſt hominum memoriam. vni vt Pōtifex putarere an
teq̄ fieres: eodēq; conſtanti conſenſu fieres: quo putabare. Siqdem ex candidatorum gene
re: multi: Pontifices ſunt in interregno iudicati: qui puncto tēporis repulſa ceciderũt: At
in his comitiis difficile fuit iudicare vtrum quicq̄ intereſſet inter Pontificem factum & fu
turum. Adeoq; pariter conſulta & feſtinata ſenatoria ſuffragia fuerunt: vt ſi quem pon-
tificatus tui pœniteret: neceſſe eſſet eum conſcientiæ ſuæ pœnitere: Magna hæc quidem
laus: ſed tamen ſunt alia maiora. Propterea q̄ minus eſt negocii ſacerdotiũ maximum cō
ſequi q̄ adeptum tueri: Siquidem multis ad pontificatum via obrepēdi patuit: in paucis
laus bene gerendi fuit: At pręclarum eſt omnium ſermone celebrari: te nullos ſubſcribere
libellos: nulla Diplomata conficere: quibus aut quiſq̄ de iure ſuo decedat: aut ſacrorũ au
ctoritas minuatur: te Pontifice nullum fieri muneralem ambitum: nullos licitatores repe
riri: prouideri a te: vt cūcta e Re. pu. Chriſtiana fiant: quo nihil eſt hominum generi ad tē-
porum ſecuritatem optandum maius. Q; ſi hos libros auctoritate tui potiſſimum nomi-
nis celebrari volui: cogitare debebis: me id licentius feciſſe: non tam ſpe patefaciundi mi-
hi aditum ad amorem tuũ (Cũ in tuis iamdiu ſim) q̄ magnanimitate commotum: ſiqui-
dem magnanimi eſt ingentem honorem: tanq̄ virtutis teſtem expetere. Atq; in cuiuſpiā
rei emiſſione: quo quippiam ad diſtantius genus emittitur: eo vehementius fertur: vt prę
clare patet in his: quæ longo interuallo iactantur. In quo ſi hoc quantulumcunq; eſt meri
are: facile iudicare poteris: an id primus: aut cum paucis ſuſceperim: vel ſi hoc idem multi
factitarint: Q; ſi me laudare volueris: eorum cōparatione laudare poteris: qui nondũ ſint
hanc ſcribendi laudem aſſecuti.

DE THEOLOGIA .DISTINCTIO PRIMA.

ITaq; quoniã tota eſt de theologia futura diſputatio: Primũ de materia quęrendum arbitror. In quo cum varię ſint theologorũ doctiſſimorum ſententię: explicãdum erit: quid ii de hoc quęſtionis genere ſenſerint: qui tributim deſcriptis ordinibus: inter ſe theologorũ ſunt aciem partiri: ſiquidem largo hauſtu diuinitatis compos Diuus Thomas: cum omnia quæ in theologia verſantur ad auctorem Deum tanq̃ ad initium aut finem referat: effici vult: vt Deus theologiæ materia dicatur. Contra quẽ homo doctus & argutus Aureolus: armatus prodit: Qui vnus ex cęſiorum familia magis videtur conari velle ſecundas arripere: q̃ ad primas aſpirare: Eumq; ſubſequitur alterius familię Alphonſus Tulletanus: cui nõ eſt ſatis laudari: niſi cum ſummis theologorũ comparetur. Sed eſt repente exort⁹ Landulphus: qui fabricatorem mundi Deum: quatenus de⁹ dicatur: theologiæ materiam eẽ opinatur: Poſt homo acutus: & diligens Iacobus Viterbienſis Deum huiuſce ſcientię materiam: amabiliſſimi veri ratione eſſe cenſet. In eandemq; fere ſententiam remigrat faciendorum argumentorum artifex præclarus Garro. Nec ab his quidem longe abeſt Thomæ argentinæ ſententia ab Auguſtini diſciplina manantis. Nos vero materiã in ſcientiarũ genere: tripertito metimur. Nã in aliquo ſcientiæ genere materiã eſſe dicim⁹: ad quam omnia tanq̃ ad initium & fontem reuocentur. Alteram vero eſſe: quam cuncta tanq̃ integrũ totũ cõtineãt. Tertiam autem eam eſſe dicimus: ad quam omnia tanq̃ ad vniuerſitatẽ totam referantur. Quod quidem præclare in grammatica & geometria oſtenditur. In quarũ altera quemadmodũ materia: tripertito: in littera: orõne: & voce ſeiũgit: In altera punctus: corpus: cõtinuitaſq; ſecernitur. Ita in hoc genere materia tripertita deſcribitur: Quarũ vna ad parentem rerum Deum: Altera ad Chriſtũ: Tertia ad factorum genera refertur. Itaq; ob eam cauſam noſtrorũ contentione certat: an fidei membra Theologiæ initia dicãtur. Aureolus enim aculeatorum argumentorum rapax: arcũ totũ contendit: vt ea Theologiæ principia eſſe neget: Et in quodam quaſi concluſionũ genere verſari putet: quod ĩ theologia patefaciendum: & tuendũ: ſit. Nam nullum genus ſcientiæ dicit ad initia ſua cõcludenda progredi: Sed potius ex his cõcludendi rationẽ nanciſci. At cum Diuũ Thomam omnemq; prope theologorũ cœtum de his quæſtionũ genera conſtruere confirmet: ad eaq; explicanda: patefacienda: concludendaq; ꝓgredi dicat: vt cũ quæritur: tergeminus ne Deus dicatur: fieri ve poſſit vt cutis humanę amictu veſtiat Deus: & quæ eius generis ſunt: fatendum eſſe cenſet: ea nullo modo theologiæ initia debere dici: Sed in quodã potius concludendi genere verſari. Quo quidem loco flos & robur Theologorũ varia armorum genera ad dimicandum affert. Maximeq; Bernardus Oliuerius: Gerardus Senenſis: & Thomas etiã Argentina: Argumentorũ genera: quocũq; torquent inflectunt. Nos cum Aureoli rationes deducimus: non multum ei prorſus: etiam ſubducta ſumma: cõcedimus. Nam q̃q̃ nullum ſcientiæ genus dicamus ad initia ſua probanda progredi: nullo tamen modo interdictum eſſe volumus: quin aliquod ſcientię genus initia ſua: aliquo ſimilitudinũ genere oſtendat: eaq; a labefactantiũ ratione tueat: aut doceat argumentorũ genera contraria euerti & labefactari poſſe. Ex quo perſpicuum videri debet ea non in cõcludẽdi: ſed quaſi in principiorũ quodam genere verſari: quæ differentiũ aduerſariorũ argumẽtatione defendant: vt Ariſtoteles contra eos ſibi faciendum putat: qui initia in diſſerendo negarint. Sed quęri maxime hoc loco põt: an Theologia in aliquo ſciẽtiarum gñe

Opinio ſancti Thomę.
Aureolus ĩ prologo.
Alphonſus de Tulletoĩ prologo.
Landulph⁹ in prologo.
Iacobus de viterbio in quodlibet tertio.
Garro ĩ prologo.
Tho. Argẽ. in prologo.
Grãmatica
Geometria
Litera. orõ. Vox.
Punctus. Corpus. Cõtinuitas
Arti. fidei
Opinio Aureoli.
Bernardus Oli. in pro.
Gerard⁹ Senẽ. in pro.
Tho. Argẽ. in prologo.
Ariſt. ĩ quarto Methaphyſicę.
An Theologia ſit ſciẽtia.

verſet.Nobis vero duplex placet ſciẽtiæ eſſe genus.Nam & vnum eſſe intelligimus: qđ ab
initiis naturali intelligentiæ luce notis eruitur. Quo in genere Arithmetica: & geometria
numerant.Alterũ vero idẽ eſſe dicimus quod ex antegredientis diſciplinę principiis dima-
nat: vt Muſice & ſpectatrix quę gręce ὀπτικὴ nominatur. Quarum altera ab arithmeticæ:
Altera a geometriæ principiis depromit.Quo in genere intelligi debet theologiam eſſe cõ
ſtitutam: cum ab initiis celſioris ſcientiæ luce notis oriatur: q̃ ab authoris dei diuorumq; pa
tefactione dimanat.Quare non ſine cauſa id ſcientiæ genus cæteris præſtantius videri po-
teſt.Siquidem omnis ſcientiæ pręſtantia: aut materiæ dignitate: aut oſtendendi modo oſtẽ
ditur: vt perſpicuum eſt Aſtrologiam a geometria, certa oſtendendi ratiõe ſuperari: eamq;
materiæ dignitate excellere.Cum autem id ſcientiæ genus, quod ſit progrediente hominũ
ſolertia repertũ, duplex omnino dicatur: vnum quod genere, alterum quod ſpecie continet
Nemini dubium eſſe poteſt Theologiam omnibus ſcientiarum generibus quæ ſpecie con
tinentur antecellere: cum plane bene notum ſit: nullum genus earum Deum materiã nan-
ciſci.Atq; etiam in illud gurguſtiũ philoſophorũ ſunt compingendi greges: vt eam multo
Metaphyſice excel!ſiorẽ eſſe fateri cogant inuiti: propterea ꝙ nõ rõnis modo: ſed cõſignata
patefactionis forma ſit opificis rerũ Dei contemplatrix.Itaq; multa æthierio hauſtu arripit:
q̃ aſſequi ratio nullo mõ põt: ſiquidẽ Metaphyſice cũ rato rationis ordine circunſcriptã nan
ciſcat ad indagandũ viã: calcẽ euolãdi habet: minuſq; ſe ad Dei naturã pnoſcẽdã effert. Ex
quo illud etiã contendimus: cęteris eã ſapientiorẽ videri: cum ſapiẽtia ſit rerũ diuinarũ co-
gnitio.Nam ea rite ſapientia dici poteſt: q̃ eius rei indagatrix ſit a qua rerꝫ cauſę naſcantur.
Siquidẽ quẽadmodũ auctore Ariſtotele ignẽ omniũ calorũ cauſam eſſe volumus: ita eſt ne
ceſſe confiteri nobis: princeps verũ oĩm verorũ eſſe cauſam.At cũ theologia maxime ſit pri
cipis veri contemplatrix: perfacile ſciri poteſt eã id maxime metiri, a quo rerũ cauſę oriant.
Atq; etiã eã ſui cauſam eſſe dicimꝰ.Nã id liberũ & ſui cãm eſſe placet: qđ ad quippiã exter
num nullo modo cõſtituit.Ex quo efficit vt oĩa ſciẽtiarꝫ quoq; genera ad eã ſtatuant.Siqui
dem perinde ea cęteris ac medicina aromaticæ arti cõparat: q̃ ſit Dominatrix, & Rectrix ea
rum: nõ a cæteris inſtruatur.Similiq; prope modo(vt mathematicis bilem moueamus) eã
probamus in quodam certiſſimo genere verſari.Nam Res certę collatione dicuntur: quam
ad perceptionẽ, aut ad mentis lucẽ nanciſcunt.Etenĩ ea quę magis propria videri poſſunt:
propinquius in mentis lucem irrepunt.Cuius offuſu rerũ genus qđ mentis obtutu percipi
& cõprehendi poteſt, actu ſub cernendi aciẽ illabit.Magiſq; illud lucis genus arripit: ac alti
us mentis obtutu penetrari põt.Ex quo intelligi debet id rerũ genus certius omnino videri
certiſſimamq; eã eſſe ſcientiã: q̃ illud rerũ genus perſequat.Itaq; ob eã cauſam, eam ſcienti-
am quæ cælitum naturam ſeiunctam complectitur: his certiorẽ eſſe dicimꝰ, quibus earũ re
rum natura oſtenditur: q̃ ab omni materiæ concretione ſecreta, corpori annectunt: & tum
ruſum eã certiorem q̃ illã q̃ in rerum corporearum natura indaganda verſatur: vt pręclare
Ariſtoteles animę ſcientiã his certiorẽ eſſe probat: q̃ corpora natura mobilia perſequantur.
Nec tamen ob id minus eſt mathematicorũ eruẽdus clauus, ꝙ rarius ſit eorũ Decempeda
Metatrixq; ratio fallax.Nec itẽ minus eſt eorũ puluere obruendus Ptolemeus ꝙ mathema
ticarũ rationũ certiſſimã ſciẽtiã velit: eãq; certiorẽ q̃ Metaphyſicæ diſciplinã eſſe opinetur.
Quandoquidem rerum diuinarũ genera diſiecta phãtaſmatũ caligine magis in integram
mentis aciem influere dicantur.Quemadmodum res corporeæ quę ſunt ſplẽdidiſſimę na-
tura, per ſe, ſoliſq; ſplendore colluſtrantur: magis ſub integrum oculorum ſenſum cadunt.
At hebetiore mẽtis acie, qualis eſt eorum qui ſunt aliquo corporis morbo affecti: magis res
phãtaſmatis obductę cernũt.Quẽadmodũ mag[ſub ęgri hebetioriſq; oculi ſenſũ, atra aut

An Theologia ſit ſciẽtia.
Arithmetica.
Geome.
Perſpectiua.Muſi.
An ſit dignior reliquis.
Aſtrolo.
Geome.
An ſit maior metaph.
Metaphyſi.habet viã limitatam
An ſit ſapiẽtia.
Ariſtote. ſecũdo Meta.
An ſit ſui gratia.
An certę ad eã ordinent
An ſit certiſſima.
Scientia ſubſtãtiarũ ſeparatarum.
Scientia de rebus corporeis
Scientia de aĩa.
Ariſtote.
Mathematici.

caliginoſa q̃ alba: aut ſole colluſtrata cadunt. Quocirca ab hominum intelligentia, qualis
eſt modo in nobis, certiſſima mathematicarum rationum genera euocantur: ad eorumq́
perceptionem opinabilia phantaſmata opitulantur: quæ in cernendi ſenſum irrepunt. At
intelligentia quæ in expleto abſolutoq́ ſtatu conſtituitur: certiſſima rerum diuinarum ge-
nera euocat. Quandoquidem quo res puriores ſubtilioreſq́ ſuapte natura ſunt eo certiores
dicantur. Ex quo perfacile iudicium eſt theologiam vnam ex omnibus in quodam certiſſi-
mo genere verſari: eamq́ ex veriſſima quadam ſupra progredientem naturam luce mana-
Ariſtote. re: intelligiq́ poſſe quantum ipſe Ariſtoteles, hoc obtutu adempto lippiret. Qui dum lac
gallinaceum ſe putat inuenire poſſe: negauit quicq̃ ſciri poſſe: præterq̃ quod ab hominum
intelligentia eruitur. Sed permagni refert: num theologia contemplatrix ſit, an in actione,
S.Tho. græci πρᾶξιν vocant, verſari dicatur. Nam Diuus quidem Thomas cum eam in vtraq́ po
i pría p̃te ni poſſe opinetur, magis tamen eam contemplationem q̃ praxin nominandã cenſet. In quo
Aureol⁹. magna eſt ei cum Aureolo contentio: nec minus ei negocii contrahit Gregorius Ariminẽ-
Grego. de ſis flagranti doctrina, & illuſtri gratia Theologus. Scotus vero mentis æſtu e cõſpectu euo
Ari. Sco. lans: ita minutatim hoc deſcriptionis genus concidit: vt acrioribus blãdiatur acumine, &
Alexã der ex interuallo reguſtatus adhæreſcat. Multumq́ etiam Alexander ales: Thomas argentina
ales. Roddonton, Godofredus, Henricus, & Garro, magni & nobiles theologi: in hoc quæſtiõis
Thomas genere verſantur. Sed præter cæteros ſapientiſſimus quiritium Egidius, cum vtrumq́ ge-
argẽtina. nus excludat: eam patheticam eſſe arbitratur: propterea ꝙ charitas qui ſit theologiæ con-
Roddon- ſtitutus limes: pathetica maxime exiſtat. Nos vero q̃q̃ theologiam videamus vnũ eſſe ſciẽ
ton. tię genus: Id tamen expletum & abſolutum eſſe dicimus: vimq́ ad hominum abſolutionẽ
Godofre. ex diuinitatis luce nãciſci: hominemq́ maxime abſoluere cum ad munia recta, tum ad fa-
Henric⁹. cultatem contemplandi veri. Ex quo eam partim praxin: partim contemplationem eſſe vo
Garro. lumus. At cum omne ſcientiæ genus finis menſione expendamus: extremumq́ huius ſciẽ-
Egidius. tiæ finem in ætheriis ſedibus principis veri contemplationem eſſe dicamus: conſtare debe-
re inter ſanos volumus eam imprimis in contemplandi quodam genere verſari.

AN DEVS INTELLIGI POSSIT AB HOMINI BVS IN VITA.

SEd cum vniuerſa theologię cõtentio eo deducaẽ: vt parentis rerum Dei
agnitio eruaẽ. Perquirendũ quidẽ eſt: An ab hoĩm genere ĩ vita intelligi
Opiniões philoſo. poſſit deus. Priſci enim illi philoſophi quaſi Deus eſſet quiddã ſemicon-
ſpicuum, & opinabile: dum coniecturis varia imaginum genera effin-
gebant: ſatis ſe exploratã cognitionẽ adeptos opinabanẽ: ſiquod ſimula
Anaximenes. crum figulina creta conficerent: quod ad veritatis ſimilitudinem accede
ret. Siquidẽ anaximenes Deũ ab vnguibus pingere exorſus aerẽ putauit. Parmenides vero
Parmeni. ad circuli ſimilitudinem lima & torno perpoliuit. At Pythagoræ anima commeãs videtur
Pythago. naturæ vniuerſæ fuſa. Xenophõ autem & Plato philoſophorum Tympana tornãt Deum:
Xenoph. affirmantes ex his quæ ſub cernendi ſenſum cadãt: nullum eſſe Dei ſimulacrum Sole ſimi-
Plato. lius. Stoicis vero auctore Zenone Deus æther eſt viſus. Q̃ꝫq̃ ex his Cleantes ſolem, Chry-
Cleantes. ſippus mundum dominari putet. At in omni natura vaferrimus auctor Ariſtoteles: cũ ad
Chryſip. Dei p̃hẽſionem conſequẽdam claudicaret: Conſcientię latibulo, dum non poteſt ingre-
Ariſtote. di recta flexu declinat: nihilo ſane longius puſillis, & argutis oculis ꝓſpiciẽs: q̃ humani ob-
Epicurus turus natura patereẽ. Epicur⁹ aũt quem ego Paridẽ philoſophoꝝ voco: Deum a tomorum
Democri. nexu: q̃ſi harenarũ coagmẽtatione cõſtituit. Idq́ ex Democriti pixide deprõpſit. Reliquos

autem philoſophorum anteambulones: qui tanq̃ ſtatuam membratim funderent,mundũ corpus,& Deum mundi eſſe animã dixerunt. Aut eos qui homines partes eſſe Dei opinati ſunt:nihil attinet vocare hoſtiatim: cum ſatis notum ſit:eos omnes in dei natura pnoſcenda excubare ſomniantes. Nos vero negamus interminatã magnitudinẽ:circũſcripta intelligentia percipi poſſe:cũ circũſcripti ad interminatũ:nulla eſſe poſſit decempedatrix collatio. Atq; etiam nihil quod eſt definitũ circunſcribẽtis finibus exit. Si igiť hoĩm intelligẽtia Dei naturã perciperet: Tũ Dei natura intelligentiæ fines tranſilire non poſſet. Q̃d fieri nullo modo poteſt. Ergo intelligi etiam poteſt: Dei naturam ab intelligentia percipi non poſſe Præterea omne ſpecierũ genus natura cognobile,quo alicuius rei natura pernoſcitur: eã repræſentando percipit. At cum fieri nullo modo poſſit: vt a quapiam genita ſimilitudine referatur Deus: cum omne genitarum ſimilitudinum genus,aliquo prefinito genere circunſcribatur: Confitendũ quidem eſt fieri non poſſe: vt quapiam ſimilitudine genita pernoſcať Deus. Etenim mens humana naturę notione phantaſmata tanq̃ obiecta cõtueť. Ex quib⁹ vt ait Ariſtoteles cognobiliũ ſimulacrorũ genera euocat. Ex quo quidem intelligi neceſſe eſt quodcunq; in vitę curriculo percipitur:id ſpecie a phantaſmatũ genere ſeuocata percipi At cum nullum eiuſmodi ſpecierum genera,vim ad Dei naturam referẽdam nanciſcať: cũ natura ſenſilium rerum longiſſime a Dei natura abſit: Perſpicuũ eſſe debet naturæ notione nullo modo in vita ab hominũ genere intelligi poſſe Deum. Siquidem quod eſt ſuperioris naturę proprium:nunq̃ aſſequitur natura inferior: niſi ſuperioris actio conſequať: quemadmodũ aqua niſi ignis actione nõ ferueſcit. Pręterea quodcũq; ad id efferť: quod terminis naturę ſuę egreditur: neceſſe eſt vt illius habitu informeť: q̃d fines naturę ſuæ tranſit. Quãdo eñ Dei abdita abſtruſaq; natura ab hominum intelligentia percipitur: tũ ſit ipſa natura intelligentiæ forma cognobilis. Ex quo preclare intelligi poteſt informationem ſupra intelligentię complexũ eſſe neceſſariam: qua tanq̃ quodã æſtu ſupra mortalitatẽ intelligentia tollatur: quæ quidem gratia, non natura paratur. Sed Deũ eſſe rationib⁹ probari poſſe dicim⁹ Nam cum oculorũ approbatione rerũ motũ fateamur: rectiſſimis poſſum⁹ motuũ rationibus indagare Deum. Siquidem cũ confirmemus quodcunq; agitať: alieno impulſu moueri Id ipm quod primũ mouet: quoniã alterius nõ agitať motu (Neq; eñ princeps mot⁹ eſſet, ſi ab alio impelli videreť) fateri cogimur: vt cõſiſtere aut ſeipm agitare dicatur. Nam ſi alieno impulſu mouereť: neceſſe eſſe dicimus, id quoq; a quo impelliť: ab alio antegrediẽte moueri: & rurſum aliud ab alio impelli, ex quo effici: vt in infinitũ ſit ꝓgreſſura excurſio. Neq; eñ vnq̃ orſum primũ inueniri poſſe affirmamus: ſi id q̃d putatur primũ: aliud ſemper antecedere dicatur. Pręterea ſcientius, exquiſitiuſq; rationes colligimus: quicquid agitatur: alieno cõcitũ impulſu moueri: & in impellentibus & pulſis in interminatũ excurri nullo modo poſſe. Q̃d quidẽ hoc modo connectimus. Si quicq̃ ſuapte vi agitatur: neceſſe eſt aut habeat motionis ſuæ orſum: aut alio impellente agitetur. Neceſſe eſt etiam vt ſuapte vi, non nutu partis impellatur. Quemadmodum animantia pedum ingreſſu mouentur. Quod ſi ita eſſet facile ſequi poſſet: non integritatem ſuapte vi: ſed partem aliquam moueri. Quod etiam confitendum eſt ſectile eſſe & diuiduum, partibuſq; contineri: cum ſectile ſit: quodcũq; mouetur. Quo conſtituto illud arripimus. Quicquid ex ſe agitari dicať: id intelligi debere primo eſſe motum. Itaq; vt pars vna feriata cõſiſtat: totius quies & ociũ inſequiť. Nã ſi vna torpeſcente agitareť altera: Tum minime putandũ videreť totũ primũ eſſe impulſum. Sed partem eius fuiſſe agitatam: q̃ altera cõſiſtente moueret. Nihil aũt conſiſtens deſide & torpeſcente altero ſuopte nutu agitať. Ex quo cõnecti poteſt ab alio impelli quodcũq; moueť. Deinde etiã adiungim⁹: q; impellẽtib⁹ & pulſis, in infinitũ nullo modo indagatio decurrat

Rõ pbãs nõ poſſe intelligi Deum.

Alia rõ.

Alia rõ. Ariſto. in tertio de anima.

Deũ eſſe rõnibus pbari poſſe.

Rõ p viã motus.

Alia rõ.

Nam ſi in infinitũ curſus manaret:neceſſe eſſet vt impellentia & pulſa,innumerabilia cor-
pora putarent.Quandoquidẽ quodcũq; mouet ſectile ſit & corpus.Omne autẽ corpus im
pellens,patitur dum mouet agitatur.Igitur omnia infinita impulſo vno mouerẽtur. At cũ
vnum eorum ſit circunſcriptione definitum:præclare patet id circũſcripto tempore moue
ri.Ex quo ſciri poteſt:cætera etiam tempore definito impelli:quod fieri nullo modo poteſt.
Ergo fieri etiam nõ poteſt vt in impellentibus & pulſis,in infinitũ progreſſio dimanet. Eo-
Accidẽs. demq; modo rationes inducimus de iis quæ aut aduenticio,aut vi,aut inſtrumento mouẽ
Violẽtia tur.Infinitaq; argumentationũ genera colligimus:quibꝰ rectiſſime probatur aliena impul
Inſtrumẽ ſione moueri:quęcunq; mouẽtur.Cum aũt ſub cernendi ſenſum cadat ſydera moueri:fatẽ-
tum. dum eſſe dicimus ea alieno impulſu moueri. Si vero molitor & auctor motꝰ non mouet:ne
ceſſario probamus aliquem conſtituendum eſſe agitatorẽ immobilẽ:ſi mouetur: aliquo im
pellente moueri:aut in infinitum emanaturam indagationem putamꝰ; aut aliquem ſtato
rem impulſorem exquirẽdũ.Sed quoniã perabſurda eſt in infinitũ inquiſitio:Neceſſario af-
Deꝰ ẽ im firmamus aliquẽ agitatorẽ immobilem initiũ & fontem eſſe motꝰ;quẽ deum eſſe homines
mobilis. coacti fateantur.Eodẽq; modo cum fieri non poſſe videamus vt quicq̃ ex ſe omnino gigna
Alia rõ. tur:multaq; cernamus eodem concurrere:& alia ab aliis ſuperari:neceſſario nobis exiſtimã
dum dicimus:vt aut in infinitum emanaturam progreſſionem:aut aliquam principẽ cau-
Alia rõ. ſam exquirendam arbitremur:quæ ſit vniuerſitatis generatrix.Quinetiam cum agnoſca-
mus ratione vacantia conſtantiſſimo & certo quodam ordine progredi:qđ quidem caſu fie
ri nõ poſſe ſcimus: cum continuata eademq; ſemper fere conſtãtia progrediant: ad vltimũ
ſtatuere cogimur:id ab aliqua mente oriri:quę ſit moderatrix & rectrix rati ordinis naturæ:
Quid quã Deum eſſe concedẽdum ſit.Itaq; q̃q̃ ſenſilium rerum notione nullo modo percipi Dei
deo cõue natura poſſit:eo tñ effectuũ ab eo manãtiũ agnitione ꝓgredimur:vt illa naturę ratione per
niat poſſe noſcamus:quę ei congruere neceſſario videantur.Siquidem perfacile negemus Parentẽ re-
ſciri. rum Deum corporea natura conſtare.Nam omne corpus:nullo modo mouetur:niſi exter-
Deꝰ nõ ẽ no agitatu impellatur.Cum autem Deum Statorem eſſe impulſorem ſupra ſit probatum
corpus. a nobis:in promptu videri debet:Aſomaton eſſe eũ vt Græci dicunt:& corporea natura va
care.Nec item eum vlla coagmentatione concretum eſſe dicimus:cum quodcunq; conne-
Dꝰ nõ ẽ ctitur:neceſſe ſit aliquo omnino coagmentatore egere:atq; etiam quicquid eſt coagmenta-
cõpoſitꝰ. tum & ſtructum, euerti & labefactari poteſt.Deꝰ autem labefactari nullo modo poteſt. Nã
Deus eſt quidquid gignitur naturam habet patibilem commutationis & motus. Cum autem Deꝰ
æternus. nullo modo moueatur: intelligi maxime poteſt eum eſſe æternum orſu & fine vacantẽ. Ex
Deꝰ nõ ẽ quo etiam ratione certa colligitur:Deum nullo potentiæ nexu deuinciri:cum quodcũq; po
i potẽtia. tentia continetur alicui ſit Herili naturæ ſubiectum.At cum Deus princeps cauſa dicatur
Deꝰ nõ ẽ nullum nanciſci poteſt præſidentem herum. Igitur nec vlla potentia continetur.Sed ſim-
materia. plex eſt & puritate pollens actus.Nec eſt item eius naturæ vllum materiæ genus admixtũ.
Deꝰ ñ pa Quandoquidem materia initium agendi nullo modo dicatur.Rectiſſime quoq; probatur
tiẽ accidẽ minime eum aduenticia pati:ſiquidem ſui pollens & exiſtens natura per ſe nullius eſt parti
tia. ceps:quod nõ ſit ſuapte naturæ ꝓpriũ,quę ſui par,ſuiq; ſimilis exiſtit.Qđ cum ita ſit:neceſ
Deꝰ nõ ẽ ſe eſt nullius quoq; corporis eſſe formã:propterea ꝙ nullius eſſe naturæ poteſt,q̃ non eiꝰ eſ-
forma ſe naturæ dicatur.Ergo nec fieri vllo modo poteſt:vt alterius corporis forma videatur. Nã
corporis. omnis exiſtens natura per ſe,omnino ea præſtantior videri debet:cuius natura in altero cõ
ſiſtit.At cum omnis alterius corporis forma in altero nitatur:præclare ſciri poteſt principẽ
Deus eſt cauſam alterius corporis eſſe formam nullo modo poſſe.In quo quidẽ facile ſuperiorũ Phi-
ꝑfectus. loſophorum veternũ agnoſcitur:qui dum princeps initium materia pręditum volunt: nõ

intelligunt ſe Deo abſolutionẽ expletam adimere,cum princeps initiũ materia prȩditũ lon
giſſime ab abſolutione abſit.Sed nos cũ Deũ maxime in actu verſari dicamus: intelligi etiã
volumus cumulata eum abſolutione expleti.Nec minꝰ eſt eorũ philoſophorũ minuendus
adeps:q̃ q̃ qd̃ eſſet interminatũ Deũ eſſe cenſerẽt:nõ tñ videbant æque ſe in infinitate ac
in principiis initii natura labi.Nã cũ id materiæ prȩditũ efficerent:ei infinitatem quoq; ma
terię compotẽ annecti volebant:affirmantes aliquod omnino corporis interminati genꝰ in
itium & fontẽ eſſe rerũ.At nos cũ Dei naturã in altero nullo modo niti: ſed exiſtentẽ per ſe
ſuiq; pollentem videamus:facile intellectu eſſe dicimꝰ:eũ interminatũ debere credi.

Deꝰ eſt in finitus.

DE SCIENTIA DEI.

Verum quoniã in Dei pernoſcenda natura:libatũ eſt a nobis quodcũq; fru
giferũ videbatur: & quaſi flos Theologiæ decerptus:Nũc ſequiẽ vt ſtru
ctis pontibꝰ ad diuinam ſcientiã tranſmittatur: quȩraturq; imprimis,an
aliqua omnino ſit Dei nominanda ſcientia.Nã multi qui volunt laudem
ſibi argute diſſerendi dari:Nullam Dei ſcientiã eſſe cenſent:quandoqui
dem ſcientiã abſolutionẽ rei additã afferre dicant.At cũ maxime Deum
ſimplicitate pollere confirment:nec quicq̃ eius naturæ additũ arbitrenẽ:obtinere ſe putant
vt nullo modo quȩpiã Dei ſcientia eſſe dicatur.Plato aũt negat ſcientẽ eſſe Deũ.Sed ſupra
ſcientiã efferri opinaẽ.In quo philoſophorũ pediſſequã phalangẽ habet.Qui quaſi id ſibi p
Platonẽ liceat,ratũ ordinẽ Deorũ conſtituunt.Quorũ quidẽ ſententiã ſatis a Diuo Diony
ſio reiectam eſſe video.Sed acceſſit calidiſſimus auctor Auerrois,qui Dei maxime ꝓpriã ſci
entiam & vitã eſſe putat.Nobis vero certius probatur cumulate ſcientem eſſe Deũ.Nã cũ
formę anguſtię ex materię cõcretione orianẽ:intelligi poteſt formaꝝ genera quo magis ma
teria vacãt:eo magis ad immẽſitatẽ quandã interminatã accedere.Ex quo ſciri debet quip
piã materia vacãs,maxime nanciſci ꝓnoſcẽdi vim ſeiũctęq; naturæ modo noſcendi ac perci
piendi oriri modũ.Itaq; prȩclare Ariſtoteles ait ſtirpium generi ob materię concretionẽ per
noſcendi ademptũ eſſe ſenſum.At cũ maxime Deus ſit ab omni materia ſeiunctus & liber.
Nemini dubiũ eſſe poteſt,eũ ſcientẽ debere maxime videri.Sed intereſt noſtra ſcire an a ſa
tore mundi Deo ſingularum rerũ genera pernoſcanẽ.Multi eñi quaſi magnã videanẽ Ari
ſtoteli operã dediſſe:Singularũ rerum ſcientiã eſſe negãt.At cum ea q̃ ſcientiarũ genere nõ
continenẽ,a quoq̃ percipi nullo modo poſſint:ſatis concluſum eſſe putant nec ea quidem a
Deo intelligi poſſe.In eiuſmodi enĩ controuerſia Diuo Thomę valde in ore eſt a Deo ſingu
larum rerũ genera pernoſci.Contra quem ex cȩſia diſciplina Aureolus multa Scoteo gene
re conſcripſit:affirmans eũ flacceſcentiũ ratiuncularũ genera afferre: quibꝰ ſingula a Deo
percipi probare conetur.Nec ita ab eo Auerroim feriri dicit:vt cadendi neceſſitatẽ inducat
Tantũdẽq; aculeorũ affert argutus inficiator Garro.Sed prȩter cȩteros ingenii gloria abun
dans Gregorius Ariminenſis:articulatim argumentorum genera teterit.Qui quidẽ mul
ta eius deturbãdi cauſa conari videreẽ:ſi diligẽtior Aquitancorũ verborũ æſtimator puta
tetur.At vero ex philoſophorum genere Auerrois:maxime talum intorſit:cũ a Deo ſingu
larum rerum genera percipi poſſe negauit.Nam cum ea interminata eſſe opinareẽ:facile ſe
probare ſperauit interminata nullo ſcientiarũ genere præfiniri poſſe.In quo non vidit Deũ
in agnoſcendo ſecernere.Nec ſenſit ſi concedendũ ſit abſurdũ eſſe interminata aliquo cir
cunſcripto ſcientiarũ genere cõtineri: haud tñ concedi oportere abſurdũ videri:ab eo inter
minata percipi:cuius ſapientię nullis ſit finibus circunſcriptꝰ numerus.Ex eadẽ quoq; Ara
bũ diſciplina Algazellus & Auicẽna:nobile recẽtiũ philoſophorum par:q̃ q̃ minime a Deo

Plato. Platonici Dionyſiꝰ de diuĩs noĩbus. Auerrois i.xiii.Metaphyſicę Ariſto.in ii.de aĩa. An Deus cognoſcat ſingularia. Ariſto.in vii.Meta. S.Tho.cõtra gentiles de veritate & in ꝑma pte Aureolus Garro. Grego. de Arimino. Auerrois i.xii.Met. Cõtra Auerroim.

ſingula percipi poſſe negent. Eum tamẽ catholice ſingula rerum genera agnoſcere volunt:
nõ quidem quatenus per ſe ſingula exiſtant. In quo ſane nõ intelligũt ſe Deo inſcitiã inter
noſcendi dare. At mihi quidẽ videt̃: cum ſingularũ rerũ agnitio ad hoĩm expletam abſolu
Ariſtote. tionem pertineat: neceſſe eſſe vt eadem a deo pernoſcantur. Neq; enĩ vt ait Ariſtoteles con
Idẽ ĩ prio ſentaneum videri debet quicq̃ ab hominum genere ſciri poſſe: quod Dei notionem effugi
de anima at. Itaq; dum Empedoclem velut craſſioris opimæq; ceruicis illudit: Accidere putat vt De
Empedo us inſcius omnino putetur: ſi antipathiam ignorare dicatur. Etenim abſolutionum genera
cles. quæ in inferiorum rerũ generibus obſtringuntur: ſimplicia in Deo & iugata exiſtunt. Et q̃q̃
alia vi ab hominũ genere catholica, & materia ſeiuncta: rurſumq; alia vi ſingula, materiaq;
concreta internoſcantur: fatendũ tñ eſſe volum⁹: vt vtraq; ſub Dei ſimplicem intelligenti
Vtrũ De am cadant. Nec multo quidem ſecus eum malorum genera agnoſcere dicimus. Nam quẽ
us cogno admodum in muſicis claudicationem falſarum vocum exaudimus: quatenus a muſico ar
ſcat mala tificio diſſideant: Sic deum volumus catholice cuncta malorum genera percipere: quaten⁹
ab eius diſciplina diſcrepent. Et rurſum ſpecie ſecernere, quatenus non eodem modo ab eo
An ſcien diſſideant. Quãq̃ hoc loco eſt nata diſceptatio: an Dei ſcientia mutari vllo modo poſſit. Pleri
tia dei ſit q; enim qui ad ingenia capienda malitiarum euetricula iactant: quo concinni⁹ argumentũ
mutabil'. cadat: Deum dicunt quæcunq; agat, ſcire omnino poſſe. At cum plura Deum moliri poſſe
q̃ moliatur arbitrent̃: Sequi volunt plura eum ſcire q̃ ſciat. Qđ ſi ita eſt: ſatis notũ eſſe Dei
S. Tho. ĩ ſcientiam ademptione & auctu mutari poſſe. Contra quos Diuus Thomas rotundius ru
prĩa pte. de argumentum tornat. Nam Deũ dicit ea etiam ſcire quę moliri poſſit: nec vllo modo mo
liatur. Nec tamen ob eam cauſam q; plura moliri poſſit q̃ moliatur: ſequi vult plura eum ſci
re poſſe q̃ ſciat. Nec item ob id q; ſciat quippiam futurum eſſe poſſe, qđ nullo modo ſit: Cõ
cludi putat vt Dei ſcientia mutari vllo modo poſſit. Sed ab eo varietatem rerũ percipi poſ
ſe confirmat. Nos vero q̃q̃ Deum ſtatuamus varietates, conuerſioneſq; rerum pernoſcere:
eum tamen volumus ſine conuerſione percipere: cum ſub eius intelligentiam nec tranſitio
nem, nec receptionẽ, aut obliuionem cadere poſſe dicamus. Ex quo quidem effi[illegible] vt q̃q̃ res
mutari videantur: in promptu tamen ſit, eius ſcientiam nullo modo in[illegible]rũ varietate agno
ſcenda mutari: idq; eiuſmodi ſimula[illegible]ro oſtẽdi poteſt. Siquidem quemadmodum oculus vi
treum tectorium contuens ſuapte natura tranſgredientium corpora quacunq; moueãtur
ſine receptione cernit: nec vllo tamen modo eius agnitio, aut natura mutatur: q̃q̃ res muta
An De⁹ ri videantur ita hoc idem in Dei ſcientia accidere poſſe arbitramur. Quare non ſine cauſa
cogno intelligendum eſt: an idem procreator mundi Deus extra ſe cætera rerum genera percipiat
ſcat alia Nonnulli qui Auerroim tanq̃ elephantem funambulum mirantur: Deum quicq̃ extra ſe p
extra ſe. cipere poſſe negãt: inuidioſiſſ imeq; Themiſtio obtrectare conant̃: q Deũ cũcta pnoſcere cõ
Auerroi firmet: cũ intelligat ſe cãm & initiũ eſſe rerũ. Idq; etiã Ariſtoteleo cõchulio tingũt: q ĩtelligẽ
ſtæ. tiã mentẽq; diuinã vilẽ fieri opinet̃: ſi quicq̃ extra ſe percipere poſſe dicat̃: quandoquidẽ co
Themi gnobile intelligentię abſolutionẽ eſſe velit. Cæteraq; rerũ genera eius collatione ſordeſcere
ſtius. arbitret̃. Ex noſtris aũt Iacobus Appa ſolers & affluens theologus, cũ Dei agnitio[illegible]ẽ ad ge
Ariſto. in nita pręfiniri cẽſeat: eũ qppiã extra ſe circunſcribẽdo percipere putat. Itaq; eiuſmodi ſtructũ
xii. meth. & nexum argumentum affert. Nam ſi deus inquit negetur quicq̃ extra ſe circunſcribendo
Iacobus pernoſcere: erit confiteri neceſſe ob ſcelera nullam facinoroſis hominibus multã eſſe conſti
de Appa tutam: quod eſt Senatuſconſulto reiectum: propterea q; hoc aſſumpto conceſſo dubitari
mis ordĩs non poteſt: quin concedendum ſit: aliqua Deum in ſe, vel extra ſe ſcelerũ genera percipere.
ſ. Augu. Nam ſi aliquod criminum genus prænoſcere poſſe dicatur: apertũ eſſe debet qđ quęrat̃ ob
tineri. Si aũt affirmet̃ in ſe quæpiam ſcelerũ genera pernoſcere: fatendum erit hoc fieri nullo

modo poſſe:quandoquidem in Deo:nulla criminum genera ineſſe dicantur. Atqui ſequi
tur minime Deum flagitiorum genera percipere.Igitur nec ob ſcelera vllam perditis homi
nibus pœnã eſſe conſtitutam:quandoquidem ea illi omnino ignota eſſe dicantur:Quæ q
dem tota ratio multorum ſuorum ſodalium guſtum excitaret:niſi ei quædam ineſſet:tan Contra
q̃ in melle corſico aſperitas.Nos autem Deum volumꝰ omnia ſcelerum genera pręſentia: Iacobum.
anteacta:& futura percipere: quandoquidẽ nihil extra ſe ex æternitate:ſed in ſe omnia fu-
turorum genera nouiſſe dicamus: At quando in Deo minime eſſe ſcelera confirmatur:pla
ne bene concedendum erit : nullo modo flagitioſum eſſe deum . Nec tamen ob eã cauſam
ſequi volumus:quin in ſemet aliorum ſcelera pernoſcat:Itaq; tutiſſimi itineris celebritatẽ
perſequemur:ſi ab opifice & genitore rerum Deo percipi cuncta dicamus.

DE IDEIS.

QVibus quidem expoſitis quęri maxime hoc loco poteſt:an Idearum ge
nera in Deo eſſe dicantur. Multi enim quibus non eſt ſine aliqua diuorꝫ
ſyngraphia credendum:in hoc loco quæſtionis genere:Deum in ſemet
cuncta percipere dicunt.At cum ſe ex Idea pernoſcere negent:ſequi pu
tant:nec item eum alia percipere. Quidam etiam quaſi hoc argumen-
tationis genus Dionyſico colore pingere videãtur:Deũ cauſarum : nõ Diony.
Idearum ratione pernoſcere volũt.Quibus cũ ſatis ſit a Diuo Bonauẽtura reſponſum:ni S.Bona.
hil attinet vt oſtẽdatur mõ:argumẽti corruptela quo ſerpat. Nos autem ſi ideas rationes .i.ſen.
nominemus:ſcire ẽt poterimus:facile nos in Cacozelorum genere verſari:quandoquidem
rationum genera a gręcis logos:non Ideas nominari videamus. Si aũt vertẽdi verbi vis ne
qua deperitura ſit:eas potius formas & ſpecies vocemus.Quod idẽ multo ante a.M. Tul M.Tul.
lio:& Diuo Auguſtino vſurpatum ſcimus.Itaq; cum rectiſſime Ideę formæ nominentur: S.Augu.
fatendũ eſt Idearum genera in intelligentia diuina verſari . Siquidem in omni rerum gene
re:quę nullo modo caſu gignuntur:neceſſitas fateri cogit:formam finem eſſe ortus . Nec
enim agens ob formam:moliretur:niſi quatenus in eo formæ ſimilitudo exiſteret : Idq; bi-
pertito ſecernitur.Nam in quodam agentium genere forma ex natura rerum efficiendarꝫ
genera pręcurrit:vt in iis quæ natura moliuntur:Quemadmodum hominem ab homine
gigni videmus.In quodam vero genere ex intelligentia forma antegreditur: vt in iis quæ
intelligentia moliuntur:quemadmodum ædis ſimulacrum in architecti opificiſq; mente
inſidet:Quod quidem ędis Idea rite dici poteſt:Quandoquidem architectus ædem ad ex
cogitatam ſpeciẽ referre conetur. Cum autem conſtet nullo modo caſu : ſed a Deo per ĩtel
ligentiã agentem conſtitutũ eſſe mundũ:perfacile intelligi poteſt in intelligẽtia diuina eſ
ſe formam:ad cuiꝰ ſimulacrũ mundi machinam cõſtruxerit.Sed quęrendũ videt̃:an plu-
ra Idearum genera dicantur : Plato eñ q primꝰ eſt hoc nouo nomie Idearũ gña cõmentꝰ: Opinio
in quocũq; gñe multa participatu:& vnum natura : Multaq; materia concreta : & vnum Platonis.
ſeiugatum eſſe voluit.Itaq; ſeiugata ſenſilium rerum naturas eſſe opinabatur:Ac quate-
nus eiuſmodi ſenſilium rerum naturæ ſe viciſſim conglutinarent:ordinemq; certum nan
ciſceretur:Ideas viciſſim inter ſe ordine ſtructas eſſe cenſebat . In quo quidem nõ agnouit Contra
minus ſe cernere:q̃ qui de ſuo lumine vident:vt qui funalia præferunt : minus videt q̃ qui Platonẽ.
ſequitur.Nam primum Ideas ſtatuit ſenſilium naturas eſſe rerum: Cumq; inter ſe natu-
ra differre arbitraretur : eas Deos eſſe voluit : multitudinemq; Deorum afferens vnũ ſum Ari.i.vii.
mum conſtituit. Nos vero negamus hæc Idearum genera ſenſilium rerum eſſe naturas: Metha.
cum neceſſe eſſe videamus quatenus veritas efflagitet:ſtatuere rerum naturam ab eorum
genere ſeiugari:quorum naturę exiſtunt: Quod eſt vt pclare ait Ariſtoteles:bonum quip
piam inducere:boni natura vacans.Quod quale ſit a quouis intelligi puſione poteſt.Nec

tamen ob eam cauſam in Deo negamꝰ plura Idearum genera verſari. Sed plura genera vt ab eo percepta eſſe volumus.

DE PROVIDENTIA DEI.

VErum noſtri negocii eſt prouidentiam hoc loco perquirere: propterea ꝙ ꝓuidentiã in Deo eſſe volumus: Quãdoquidem neceſſe ſit: vt ratio or dinis in vltimũ menti diuinæ inſit: ratioq; ſtatuendarum rerum in vlti
Demo. Epycu. mum prouidentia dicatur: ob eãq; cauſam iure de Democriti & Epycu ri m..ibus eſt extortus mucro: Qui dum mundum corporum concur ſione fortuita effectum eſſe cenſebant: ꝓuidentiam rerum excluſerunt nihiloq; benigniꝰ audiendi ſunt: quibus ea tantũ, quę nullo modo extabeſcunt: ꝓuidentię ſubiecta eſſe placet: cum ſatis perſpicuũ ſit: cuncta perinde diuinę menſioni: vt artificioſa, rato artis ordini ſubeſſe: Ex quo quidē libet multorũ philoſophorum inſaniam accuſare: q vt a cęterorum inuentis diſcreparent: pugnantia & incredibilia multa induxerunt: quaſi laus eſſet gignentis ingenii tranſilire ꝑſcripta: etiam ſi deprauata genuiſſent. Quod ego non tam faſtidio q̃ ignoratione accidiſſe puto: vt qui præclare hominem nudum pingere nequeunt: lenocinio amictus artis ignorationem obtendunt. Qui.n. cuiq̃ ſano in mentē venire poteſt: vt rerum vniuerſarum prouidentiam excludat: aut mundum Dei procura tione adminiſtrari neget? At multi tamen fuerunt: qui cuncta nulla mente diuina: nulla ratione gubernari opinati ſunt: ſed omnia caſu fieri volebant. Q; ſi hi in philoſophorum genere inuenti ſunt: Num mirabile videri debet: quaſdam prægnantes fœminas reperiri: quę carbonum cementorumq; eſu delectentur? Itaq; multi vt argutius ſapere videantur: nullo modo prouidentiam diuinã negauerũt: ſed eã miniſtris vti voluerunt: affirmantes eã regis q̃ ſimillimã videri: q adminiſtrandarũ rerũ ſuarũ munia diſpertiat: ob eãq; cauſam
Plato. Plato tripertito prouidentiã diſtribuit: nam vnã auctoris rerũ Dei eē dixit: quæ ſpirituũ in primis naturę rerũq; vniuerſitati cõſuleret. Alterã aiebat eſſe eã: q̃ ſingulis rebꝰ quę extabe ſcerent & gignerentꝫ ꝓuideret: quã his cœlitibꝰ tribuēdã ſtatuit: q circum cœlum meãtes cœleſtia corpora impellerent. Tertiam vero putauit quæ rerum humanarum ꝓcurationē ſuſciperet: eãq; Dæmonũ gñi aſcripſit: quos inter homines & cœlites interiectos eſſe cēſu it: quã qdē ſententiã multi tanq̃ ſtatuã admirãdo ꝑtereũt: nos aũt cuncta volumꝰ ꝓuidē tia ſine miniſtris gubernari: ſed tñ quędã ītermedia eē dicimꝰ qbꝰ nõ carētia virtut(: ſed af fluētia ꝓbitatis īferiora regat. Quare ſi qcq̃ cuiq̃ bene fortunateq; euētunũ ſit: ei Deũ, cœ lites, & cœlũ, ſuffragari oportere dicimꝰ. Nã ſæpe alicui ꝑter ꝓpoſitũ bene euenire ſcimꝰ: vt ſi qs arãdo auri vrnã excutiat: quã nullo proriꝰ mõ erat illi in aĩo ꝗrere: etem ſępe acci dere ſolet: quēpiã molientē ꝑter ꝓpoſitũ moliri: nõ tñ ꝑter heri ꝓpoſitũ moliri: cui ſit iure ſubiectꝰ: quēadmodũ ſi. M. Tulliꝰ. T. Tironi aliquo ꝓficiſci iubeat: quo eo imprudēte Ale xionē ꝑmiſerat: itelligi debet Tironis ꝓpoſitũ ꝑter Alexionis nõ ꝑter. M. Tullii ꝓpoſitũ vi deri. Eodēq; modo q̃q̃ homini quippiã fortuitu & caſu accidat: id tamē quippiã ſtatutũ di citur. Nam cum homines corporis natura cœlo: intelligentia cœlitibꝰ: voluntate parēti rerũ Deo ſubiecti ſint: aliquid ꝑter propoſitũ homini accidere poſſe dicimꝰ: quod tñ rato cœli ordine: vel cœlitũ vel Dei cõſtitutiõe cadat; eodēq; mõ de ſelectiõe & fato diſputatꝰ.

DE PRAEDESTINATIONE.

ITaq; permagni refert an parens ille Deus homines ꝑ præſignationē ſeligat. In quo quidem intelligendum eſt cũcta prouidentię diuinæ eſſe ſubiecta: prouidentiæq; intereſſe res in vltimum ſtatuere: At finis ad quem genita a Deo ſtatuuntur: Duplex omnino dicitur: qui ſupra genitarum rerum progredientem naturam conſtituitur

cõſtituitur:Qui quidē cum æternitas nominetur in fabricatore rerum Deo contuēdo cõ-
ſiſtit Alter vero eſt ad naturam ꝓgredientem aptus: quem genita conſeq poſſunt ſuapte
vi & naturæ ſuę modo: At ad eũ finē: ad quem quippiam ſuapte vi peruenire nullo modo
poteſt:neceſſe eſt vt ea perinde ab altero:vt tela:a iaculante transferanť.Ex quo quidē iure
natura rationis compos:quę īmortalitatis eſt capax:ad ęternitatē tanq̄ a Deo ſublata ſub
uolat:Ob eãq̄ cauſam affirmatur p̄ſignationem certiſſimos effectꝰ conſequi:cum tamen
nulla neceſſitatē afferat. Nam q̄q̄ p̄ſignatio pars prouidentię nominať:Haud tamen cũ-
cta:quæ prouidentiæ ſubſunt: neceſſaria dici vllo mõ debent: At quędã fortuitu cadunt
proximarum cauſarum modo:quę ſunt ad id: a prouidentia conſtitutę:cũ tamen ratus ꝓ
uidentię ordo nullo modo fallat.Eodemq̄ modo dicimus ratum pręſignationis ordinem
eſſe certum:nec tamen hominis mentem libera poteſtate orbari:Sed illud forſitan perqui-
rendum eſt:Num certus ſelectoꝝ numerꝰ dicatur. Aureolus enim quaſi auri ſtipe differē- Aureolꝰ.
di fũdamēta īchoarit: Ei dicit:q cõſeruare vniuerſos felicitatiſq̄ cõpotes fieri velit: haud
quaq̄ eſſe conſentaneũ:vt ſelectorum numerũ circũſcribat: cũ magis ſua referat vniuer-
ſos ſine exceptione conſeruari velle: At cum id Deum maxime decere putet:facile ītelligi
debere dicit:ab eo ſelectorum numerũ nullo modo circunſcribi:Idq̄ etiam arctius aſtrīgit:
Nam ſi Deus inquit:ſelectorũ numerum circũſcriberet: neceſſario quoſdã ſeligeret quoſ
dã reiiceret ad necē: At cũ ꝑiniquũ ſit fateri quoſdam:a Deo ad mortem p̄ſignãdo detru
di: ꝑiniquum etiã videri debet:voluntario motu ab eo circunſcribi numerũ:& quoſdã co
optari:& quoſdã explodi:Cum magis ad veritatis ſimilitudinem accedat:ab eo vniuerſos
ad vitã deſignari:Atq̄ etiam multi certã numeri ſummã non deducũt: Vt ſi dicatur cer-
tũ eſſe:cētũ aut mille hominũ: non Fabiũ aut Curtiũ conſeruatum iri:Quod q̄dem nulli
ſane thelogorum placet:Ex quo erit confiteri neceſſe: Auctori deo p̄ſignatorũ numerũ eē
certum:ſed intelligendum eſt Deo non modo cognitione qua ſcilicet perinde p̄ſignatos:
vt arenarum numerum internoſcat: Sed etiam ſelectione certũ eſſe numerum.Quare vt
Architector præfinitum modulum in ædificandi deſcriptione metitur:præfinitaq̄ mem
brorum genera deſcribit:nec circumſcriptum lapidum numerum ſecernit:Sed tantum ac
cipit quantum ſit ad cumulandam parietum menſionem ſatis:ſic Deum volumus in rerũ
vniuerſitate metiri: Etenim auctor ille rerum Deus mundũ efficere volens ſtatuit qua mē
ſione:quo numero:rerũ vniuerſitas cõtineretur:vt ſcilicet quot eſſent aſtrorũ:ſpheraꝝ vꝫ
primordiorum genera futura. At tabeſcibiliũ indiuiduorum genera:haud quaq̄ in pri-
mis ſed tanq̄ minoris gentium in vniuerſitate conſtituit. Itaq̄ q̄q̄ horum generum nume
rum ei notum eſſe affirmamus:haud tamen pecudum:formicarũ aut culicum numerum
ante conſtitutũ eſſe dicimꝰ;ſed tantum eiuſmodi generis ab eo fuiſſe eductum:quantum Aureolꝰ.
eſſet ad ſpeciē conſeruandã ſatis. At cum in omni creaturarum rerum genere natura rati-
onis compos:in primiſq̄ ea quæ ſit fœlicitatis capax ad vniuerſitatis probitatem ſtatuať; S. Tho.
conſentaneum videri debet generatori Deo præſignatorum notum eſſe numerum:Sed in
terim cauſa indagandi datur.Nũ molitoris Dei voluntate quidã improbenť: & quorũdã
ſelectꝰ habeať.In eiuſmõi eñ q̄ſtiõe Aureolꝰ.D. Thomę gloriæ ambitioſiꝰ obtrectãs:hoc
mõ concludit:oĩs q voluntario motu in alterũ aĩaduertit: eũq̄ in tabifica ſcelerũ gña ĩcur
rere ſinit:quo puniēdi aut plectēdi occaſionē nãciſcať:ſæuꝰ omnino & immanis videri de-
bet:cũ tormētis & pœna paſcať: At ſi deꝰ volũtario motu quoſdã ĩprobare diceret:neceſſe
eſſet etiã fateri eũ ſęuiēdi voluptate delectari:ac crudelē ĩmanēq̄ videri:quo nihil dici põt
ĩ tota Dei natura abſurdiꝰ. Atq̄ etiã inq̄t q̄q̄ ſine ĩiuria figulꝰ ex eadē creta. quędã eſcaria
vaſa q̄dã latrinaria tornat:& vitriariꝰ Cyathum & matulã ſine iniuria cõflat:haud tñ idē
his accidere põt:q bonoꝝ & maloꝝ:honoꝝ & cõtumeliæ gña ſecernũt. Nec eñ homines

ſine iniuria debita abſolutiõe fraudant̃ : aut in tetro ſempiternoꝗ ęrũnaꝝ angore verſant̃:
Thomiſtę Igit̃ nec De⁹ volũtate ex eodẽ gñe quoſdã ſeligere: quoſdã ĩprobare dicit̃: cõtra quẽ agmĩe
cõpoſito cohors Aqtanea cõcurrit: Nos vero ſi dicam⁹: a Deo quoſdã volũtario motu im
ꝓbari: mĩme tñ eũ volum⁹ delectari pœnis: aut tormentoꝝ voluptate paſci: ſed id ex iuſti
tię mẽſione naſci affirmamus in qua culpa ad pœnam ſtatuitur.

DE POTENTIA DEI.

AT ꝗ huic q̃ſtioni finitima ẽ de Dei potẽtia diſceptatio: Sũt eñ mlti q eã
interminatã eẽ negẽt: in eaꝗ ſentẽtia ꝓbãda: dũ ſtruẽ argumẽtorum cu
mulãt: & mõ laxi⁹ Ariſtotelẽ q̃ aurũ dilatãt: mõ tanq̃ in viſco inhæſe
rit explicãt: ĩ id gen⁹ ludicri deducũt: qđ pueri foris & ĩtus vocãt. Nos
vero cũ ex reꝝ ortu: quandoquidẽ nulli circũſcripta vis, q̃ppiã ex nihilo
gignat: Tũ ex motus æternitate interminatã Dei potẽtiã indagamus.
Eodem accedit ꝙ hoĩm ĩtelligẽtia ab oĩ materię cõcretiõe ſeiũcta in infinitũ ĩ immẽſumꝗ
ꝓgredit̃. Quod ex eo ſcire licet ꝙ ex oĩ circũſcriptę magnitudini intelligẽtię capacitas ali
qđ maius addicere cogitãdo põt: nullãꝗ vltimi orã metit̃. Eteñ fruſtra intelligentiæ acies
in immẽſum ferri videret̃: ni q̃ppiã interminatũ exiſteret: qđ intelligi cogitatiõe poſſet. Ex
quo notũ eſſe debet aliqđ immẽſum qđ intelligi poſſit exiſtere: Quod Deũ eſſe fateri coga
mur. Ergo ꝑſpicuũ ẽt eſſe põt: Deũ immẽſum: ĩterminatãꝗ ei⁹ potentiã exiſtere. Atꝗ ẽt
nullo mõ effect⁹ cauſę ſuę finibus exit. At cũ intelligẽtia: a parẽte Deo dimanet: q̃ eſt cun
ctaꝝ reꝝ cauſa generatrix & prĩceps: igit̃ nihil ĩtelligẽtia Deo maius cogitãdo ꝑcipit: Q;
ſi terminatę magnitudini aliqđ ſemꝑ ingẽti⁹ addere meditando poteſt: facile ẽ ẽt ĩtelligi:
nec Deũ terminatũ: nec vĩ ei⁹ eſſe circũſcriptã. Itaꝗ cũ ꝑſpicuũ ſit mĩme vĩ ei⁹ ad quẽpiã
effectũ ꝑfiniri: ſed puritate naturæ cũcta moliri poſſe: Dubitationẽ nõ habet: qn omnipo
tens ſit dicẽdus: De⁹ eteñ vi ſemis humani nũq̃ lupũ aut pirũ gignere vllo mõ põt. Nec
ĩtẽ vis corporea: gignẽdorũ cœlitũ facultatẽ nãciſcit̃. Eodemꝗ modo nec ſutor terebram
nec figulus ſerrã conficere poteſt. At fabricatori Deo nulli⁹ eiuſmodi cõficiẽdi generis fa
cultas adimitur: Nec diſſimilitudine aut pręſtãtia: nec adẽptione materiæ. Quandoqui
dem nullam in moliẽdo materiã eff lagitet: cũ nullo antecedente moliat̃. Itaꝗ q̃q̃ omnes
fateantur omnipotentem eſſe Deum: multis tamen ſolet difficilis videri eius rei explican
S.Tho. dę ratio. Siquidem. D. Thomę perſpicua ſinceritas eſt liberrime omnipotẽtem eſſe Deum.
At plęriꝗ cum ſetinũ & falernum habeant: malunt haurire de fęce: & cum probabiliora di
Aureol⁹. cantur: incredibiliora indagare volunt. Ex quo magna auctoritate Theologus Aureolus:
quacunꝗ ſummam. D. Thomæ cutem ledere conatur: affirmans poſſe Deum ex nihilo
quippiam moliri: cinefactaꝗ hominum corpora ex leti tenebris ad intuendam lucem reuo
care: pręditiſꝗ gloria corporibus tabeſcibilẽ adimere luem: ac multa generis eiuſdem mo
liri poſſe confirmat. At cum hęc ab hominum genere ſine repugnatione percipi poſſe ne
get: ob eam cauſam id inanius dici arbitratur: Nec fas eſſe cenſet: negare: quædam a Deo
confici nequire: propterea ꝙ homines ea fieri nullo modo poſſe opinentur. Ex quo eſt illa
Thomiſtę. Aquinatũ contradicentiũ nata ratio qua ita eius argumenta retorquent: vt oſtendant ab
his Deo cõtumelię nebulã offũdi. Nihilꝗ ĩepti⁹ eẽ putãt q̃ tã nobilẽ & ꝓbatũ Theologũ
ad oẽs argumentoꝝ anguſtias ad oẽſꝗ verborũ angulos reuocare. Induceręꝗ eũ ſæpe a ſe
diſſentiẽtẽ ſępe diſcrepãtẽ: cũ a ſe diſſideat nemo in Theologia min⁹. Sed ĩ hac diſceptatio
Quę nõ videat̃ poſſe facere Deus. ne nonnulli opinantur: multa facere nequire Deum. Nam nec eum eſſe corpus: nec muta
ri: nec augeri: nec decreſcere quidem vllo modo poſſe dicunt: nec item eum laſſitudinem
aut ſenectutem ſentire poſſe: nec obliuiſci: nec pati: nec rurſum nanciſci in anteacta vim
Eodemꝗ modo nequire eſſe niſi probum: nec aliqua malorum genera velle: nec delin
quere quidem poſſe. Ex quo multi: quaſi tortuoſior vulpis aditus pateret: Deum di

xerunt præſtātiora q̄ moliatur moliri nequire. Nam nec recētatorem Chriſtum: nec Deā
matrē pſtātiores eſſe poſſe affirmarūt. Nobis vere placet quocūq; genito: quod circunſcri-
ptū ſit: aliquid fieri poſſe pſtantiꝰ. At eo: quod nec genitū nec terminatū ſit: ſatis ē argumē
ti nihil fieri poſſe abſolutius. Sed cū duplex ſit rerū genitarꝫ pbitas: vna quę p ſe: Altera quę
collatione expenditur: nemini dubiū eſſe debet: ſi quippiam per ſe ponderet: quī fatēdum
ſit: aliquid eo fieri poſſe pſtantiꝰ. Si autem ad auctorem Deū qppiā collatiōe referat: ge cō
cedendū ſit id ab īmenſo: cui confert interminatā magnitudinē nāciſci. Atq; ēt ordo earū
rerꝫ q̄ Deo aſcribunt: tripertito deſcribitur. Nā quędā nec libere qdē eius poteſtati cōcedū
tur: vt ſi dicatur efficere nequire Deum vt pugnantia ſimul ī eodē veri curriculo verſent:
Quędā etiā ab eiꝰ pbitate diſſident: quę minime eū moliri poſſe negamꝰ: Quędā quę īter
ſe nullo mō pugnāt: ſed diſſidere ſpectatu apparēt. In quo genere libere cōficiūdi poteſtas
non adimitur.

DE VOLVNTATE DEI.

DEiceps eſt de Dei volūtate dicēdū: Hoc aūt loco ſciri debet: In quocūq;
intelligētię cōpote ieſſe volūtatē: Quēadmodū in quocūq; ſenſu pdito
animalis appetitio ieſt. Atq; illd quoq; intelligēdū ē: Dei voluntatē cau
ſam eſſe rerꝫ: eūq; volūtate nō naturæ neceſſitate agere: Vt īſcite qdam
Compitalitii philoſophi putarūt. Cūq; is cauſa catholica rerū vniuerſa
rum ſit: intelligi debet fieri nō poſſe: quī ſemp eiꝰ volūtas expleat: ob eā — In Deo nō
q; cauſā notū ē eā mutari nullo modo poſſe: Quo fit vt nec dolor nec triſtitia in Dei natu- — eſt triſtitia
ram cadat: Cū nullis pturbationibꝰ quos Græci πάθη vocāt: quatiat Deus. Ex quo eorū — nec dolor.
ſtolidiſſima leuitas explodit: q mœrētes & lamētātes Deos induxerūt: traduxeruntq; eos
ad humanę naturę mœrētis luctū: Quo nihil eſſe pōt a Dei natura diſiunctiꝰ: quādoqdē
oīs turbida affectio corporeæ mutatiōis mō fiat: Qd mīme in Dei naturā cadit: q aſoma
tos eſſe dicat: Etenī licet ſtatū videre mœrētium: aut eorū qui dolore conficiantur: Quorū
tacita ora palleſcunt: flaccida mēbra trahuntur: langueſcunt oculi: lingua ſingultit: Et q̄ — In Deo nō
q̄ in eum voluntas cadat: ab eo tamen appetitionis ęgritudo depellit: cum appetio in rerꝫ — eſt appetitꝰ
futurarum cupiditate verſetur: et Deus omnia bonorum genera contineat. Q; ſi ſua non — In Deo nō eſt ſpes.
refert appetitio: nec ſpes qdē referre poteſt: Quādoquidē ſpes nondum bonū obtineat: ſed — In Deo nō
futuri expectatione lętetur: quod longiſſime a Dei abſolutione abeſt: quæ nullum auctum — eſt timor.
extrinſecus ſuſcipere poteſt: Atq; vt ſpes futurum bonum: ita metus impendens malū cō
tuetur. Sed in quem nec cadit ſpes: nec metus in eundem cadit. Qui enim timere poteſt
qui nihil habet impendens, quod timendum ſit? Eodem modo pœnitentia & inuidia va- — In Deo nō
cat. Quarum altera eſt commutatio volūtatis: Altera alieno bono angitur: alienumq; ma — pnīa neq; īuidia.
lum ſuum opinatur: Et quoniam ira eſt appetitio alieni mali cum libidine vlciſcendi: mini — In Deo nō
me ſuapte ſpeciei modo in Dei naturam cadit. Ex quo fas eſt ſcire eum quoq; odio vacare: — eſt ira.
Nam cum nulla ſit eius volūtatis procliuitas ad malum: perabſurdum eſt opinari: qppiā — In Deo nō
odioſum eſſe Deo. Siquidem cū omnia ab eo tanq̄ ab auctore dimanēt: ſi quippiā illi odio — eſt odium.
eſſe diceret: neceſſe eſt confiteri: eum id haud eſſe velle: Quo nihil dici poteſt in omni the-
ologia indoctius: At nos interdum metaphoricos quædam illi odioſa eſſe dicimus: Nam
illi & malorū genera eſſe odioſa, & aliquod ingentius boni genus velle affirmamꝰ: Quod
haud fieri ſine minoris boni adēptiōe pōt. Quēadmodū q̄tenꝰ iuſtitię tuēdę bonū velle af
firmat: Quod fieri ſine aīaduerſiōe neqt. Quomō eñ gñis humani ſocietas iuriſq; deſcri
ptio ſeruaret: niſi tot fures: tot graſſatores: tot homicidę: tot depeculatores: tot hoſtes pu
blici plecterent? Num cēſemus ſeruari hoīm incolumitatē poſſe: ſi tot flagitiorū: vexatio

Bili

nũ, cędium, direptionũ, tapinarꝫ impunita ſcelera ferãť! Atq; etiam Gaudiũ & delectatio:
Gaudium Delectatio q̃ten⁹ pathetícę ſint: a Dei natura abſũt: nõ ſuapte ſpeciei mõ ab eo repugnãt: ſiqdẽ Gau
diũ ẽ placida quędã voluntatis qes: Delectatio autẽ quędã muneris abſolutio: q̃ vt ait Ari
ſtoteles mun⁹ vt adoleſcẽtia pulchritudinẽ abſoluit. At cũ Deus abſolutiſſimũ mun⁹ in
telligẽdo nãciſcať: in prõptu ẽ iucũdiſſima eũ delectatiõe intelligẽdo pfrui. Propriũ ẽ em̃
In Deo eſt amor. Dei in ſemet gaudẽdo delectari. Ex quo intelligi debet amorẽ in Dei naturã cadere. Quod
cũ ita ſit: fateri neceſſe eſt ẽt vt cũcta q̃ extãt amare dicať: Sed pſpicuũ tamẽ videri põt: pl⁹
Fortitudo magnanimitas non ſunt i Deo. Paſſiões nõ ſunt i Deo. ab eo pſtãtiora amari. Nam cũ deus cauſa ſit pſtantiæ rerũ: nullo modo in rerꝫ genere q̃cq̃
alterꝫ altero pſtantius diceretur: ni quędã pluris ĩ amore faceret. Nec tamẽ ob id fortitudi
nem temperantiam & id genus in eo eſſe dicimus. Nam cum a Deo omnis turbida affe
ctio abſit: ſatis eſt argumenti: ab eo etiã hęc virtutũ genera abeſſe: cum in ſenſili animi par
te verſentur. In qua vt ait Ariſtoteles πάθη eſſe dictur. Q̃z interdum methaphoricos effe
ctuum ſimilitudine hæc genera in Deo verſari affirmamus. Sed cum quædam ſint: quæ
appetitionis procliuitate in aliquod corporeum bonum rapiuntur: Quod ſenſuum volu
ptate cietur: quales epulares & veneriæ voluptates nominantur: quibus tãq̃ antidota: So
brietas: Caſtitas & Temperantia adhibentur: facillime tanq̃ corporeæ, a Dei natura depel
luntur: cum nec Methaphoricos quidem Deo congruunt: & pathetícę ſuapte natura dicã
tur. Ex quo iure eſt data eorum illudendi cauſa: qui ientantes & potantes flagitioſaq; libi
dine ardentes induxerunt Deos.

DE TRINITATE.

Opiniones falſę de trinitate. HActen⁹ de Dei natura cõſcripſim⁹: Nũc ſeqtur vt ea diuĩa gr̃ia pſequa
mur: Quib⁹ Deũ vnũ & trinũ eẽ oſtẽdiť: de q̃ qdẽ re, magna hoĩm cer
tatiõe pugnaf. Nã litteratores multi: q tãq̃ tubera ſine radice viuũt: id
ob eã cauſam negant: ꝓpterea ꝙ mĩme eſſe poſſe arbitrenť. Nõnulli ve
ro dũ habẽt ratũ: qđ ꝓbarit: & falſũ qđ opinatiõe ſuſpicanť: fœdiſſime
in Dei natura labunť. Quibuſdã etiã, q ne ignẽ qdẽ calere putãt: niſi eũ
manu contrectarint: nihil credẽdũ eẽ placet qđ ſupra ꝓgredientẽ naturã videať. Multorꝫ
quoq; ſtudia tardanť: ꝙ id credere nolit: qđ min⁹ ſub eorꝫ cognitionẽ cadat: Quę qdẽ erro
rum prauitas ex ĩgeniorꝫ ĩbecillitate defluxit. Siqdẽ cũ ſenſuũ anguſtiæ ex qb⁹ hoĩm agni
tio eruiť: in externorꝫ ſenſiliũ gn̄e verſenť: ſatis notum eſſe debet: his tanq̃ cõpedib⁹ ĩtelli
gentiæ curſum retardari; diuinaq; capeſcere nequire. At mihi quidem nullo modo conſen
taneum videri ſolet: quoniam multa interdum ĩcredibilia videantur: ea fieri poſſe negare:
Nam eodem modo nec credendũ eſſet: aut ab Electro paleam: aut ferrum a Magnete tra
hi: Cum illi lapideo rigori nulla ineſſe appareat rapiendi vis: nec ferrum ductile ſuapte na
tura videatur. Nec item cenſendũ eſſet ab Iaſpide defluentem ſiſti ſanguinem. Quæ enĩ
eſſe poteſt lapidi cum ſanguine cognatio! Atq; etiam quis credere deberet: a Struthoca
melo concoqui & molliri ferrum: a Leone concoqui nequire! Cum multo ſit leonis q̃ Stru
thocameli natura feruidior! Nihiloq; facilius extimandum eſſet: Cyathum cinere fartũ:
tãtundẽ aquę refertũ q̃ exhauſtũ capere! Eodẽq; modo nec putandũ ab Echeneide piſcicu
lo volãtia nauigia ſiſti. Quę em̃ vis tãtillo piſciculo ĩeſſe põt cõtra tãtũ ĩpellentiũ remigũ
conatũ: cõtra tã varios ruẽtiũ vẽtorꝫ ĩpet⁹: cõtra tãtas ꝓcellas æſtuãtiq́ maris! qs putaret q̃
nec ãchorarꝫ iactu nec funiũ aut catenarꝫ nexu cõtineť: vni⁹ piſciculi adhęſu cõtineri! Q̃z
ſi hęc fieri videm⁹ naturę ꝓgrediẽtiq́ via: quorꝫ nulla afferri rõ põt: Nũ exiſtimãdũ ẽ nobis:
q̃dã ĩcredibiliora ĩ Dei natura exiſtere: q̃ nullo mõ ſub hoĩs notionem cadant! Neq; em̃
ego fas eſſe puto; cum tam varię inter ſe volũtates, tanq̃ diſſidentes intelligẽdi diſſimilitu

dines ſint:quod cuiq̃ tanq̃ tatum inhæſerit : id ab eo debere pugnaciſſime defendi. Etenĩ
id quod ſępe facile in alterius ſenſum irrepit:ab altero ꝑcipi nullo modo pōt. An cenſendũ
eſt ſolis aut lunæ naturam perinde in Opilionis vt in eruditi intelligentiã influere? & rur-
ſum eandem æque erudito ac philoſopho liquere? Num igitur:quoniam multa interdum
a philoſopho dicantur : quæ alterius intelligentiam fugiant : dicendum erit:ea credi non
debere:ac rurſum ſi qua interdũ inducat:quæ ſupra naturæ complexum videantur: ob eã
cauſam negãda putabim⁹: propterea ꝙ ratione indagari nequeant ? An non vſu cernim⁹:
intelligentiam in veri iudicio pernoſcendo: caligine offundi ? An nõ videmus multa in la
pidum:aquarum vel hęrbarum genere ignorari? Atqui haud tamen ſequi dicim⁹: ſi ea mi
nus ſub aciem intelligentię cadant:quin ea eſſe dici debeant:cũ nec ſequi videatur: ſi mul
ta abdita naturæ minus ꝑcipi ab hominum genere poſſint:quin eſſe dicantur. Ex quo in-
telligi poteſt perabſurdum videri:id falſum eſſe affirmare:quod quæri minus ratione poſ
ſit: An putandum eſt multa non emanatura: ſi rationis tãtum complexu ꝑquirereẽ De⁹?
Quis nõ videt quoſdam ita craſſiore ingenio & habitu naturæ hebetes:vt nullius ſubtili
oris diſputationis compotes fieri poſſint:quoſdam deſidia ingenii: naturæq; ſocordia te-
ſtudinibus eſſe tardiores : qui cum noctu in vitam tanq̃ in vrbem veniant noctuq; diſce-
dãt:nihil aliud inde referũt q̃ adumbratum ſimulacrum vrbis? Quid dicã de his qui vitæ
procuratione occupãtur? Quorum alii in artificiorum: alii in bellorum genere : alii in Re.
Pu. verſantur: Iam quantum opę in alea:in conuiuiis:in erudito luxu cõſumitur? Quãtũ
ſtudii eorum ambitio conterit:qui ad fortunæ altitudinem obrepere volunt : cum tamen
puſiones vt nihilo celſiores faciant:etiam ſi in Hadrianę molis faſtigio locentur. Quos q
dem omnes fatendum eſt a dei agnitione auocari:Cum ab his nullum tempus ad eius per
quirendam naturam ſeponatur : & cum cæterarum rerum auari ſint : in temporis iactura
prodigi reperiuntur. Num igitur quoniam hi ſe in tenebrarum gurguſtium coniecerunt:
Oculoſq; ſibi eruerunt:credere nullo modo debent? Et cum min⁹ ipſi ſtadia accliuiora cur
rant:opinari cęteros currere nequire? Atq; etiã nonne perſpicuũ eſt: Quãtum temporis in
Grammaticorum enarratione. Quantum in ſyllogiſmis & lemmatibus dialecticorꝝ: quã
tum in Mathematicorꝝ puluere: Quantum ĩ phyſiologia conſumitur? nonne notum eſt ſi
ne harum doctrinarum comitatu ad methaphyſicem perueniri nullo modo poſſe? Quæ
extima eſt diuinæ naturæ indagatrix? At quis tamẽ his doctrinarum præſidiis ſe obrepere
poſſe in Dei agnitionem ſperat? Quotus enim quiſq; eſt qui non fateatur multa in his nõ
dum ſibi eſſe explorata : multa etiam ſibi opinanda reſtare? Quis ignorat in omni doctrina
rum explicatione multa ſępe falſa tanq̃ in malis Punicis rãcidiora grana miſceri : & aliquẽ
in his ſemper relinqui dubitandi nodum? Aut quis non videt id quod Platoni placet: ve- Plato.
hementer Ariſtoteli diſplicere? & qđ a Stoicis ꝓbetur: a Peripateticorum familia refelli? & Ariſtoteles Stoici.
qđ ab altero cõnectaẽ:ab alio euolutũ retexi? Adde ẽt ſi placet ꝙ nõnulli oĩa philoſophorꝝ Peripateti
dogmata exagitãt: ꝙ ex his multi nihil certi eẽ affirmant: ꝙq; ẽt ſępe falſũ aliquo vẽdibili ci.
ſophiſtarꝝ latibulo occuliẽ. Ex quo ſciri maxĩe põt hoĩes ĩ magna rerꝝ obſcuritate verſari:
ac ea quæ rationũ adiumentis indagari nequeũt : ĩſtructu libatuq; diuino oportere credi.
Etenim hoĩm abſolutio in Dei natura agnoſcẽda verſatur: Siquidẽ fruſtra intelligi liceret
natũ eſſe hominem:niſi eſſet illi proprius attingẽdus limes:ob eamq; cauſam patefactũ eſt Opinio Ar
illi Dei liberalitate iter:quo ad eius notionem ſine prolaxione contenderet. Itaq; in eiuſmo rii.
di quęſtiõe q̃rendũ eſt primũ. Nũ in diuina natura ꝓgreſſio eſſe videaẽ? Arrhi⁹ eñ hæreti- De progreſ ſiõe
corꝝ fax ꝑinde ẽ iſtiuſmõi ꝓgreſſionẽ mẽſ⁹? vt effectuũ gña: a cauſa dimanãt: A quo Sabel Opinio Sa
lii adiut⁹ ẽ error: q ęque eam ꝓgreſſionẽ expẽdit: ac cauſa ꝓgredi in effectu diciẽ: q̃tenus ſci bellii.

licet aut eum impellit:aut in eo ſimilitudinem ſuam inſculpit. Quorum neuter progreſſi
onem in Dei natura ſtatuit:Siquidem nullo modo eiuſmodi progreſſionem definimus: q̄
tenus in rerum corporearum natura verſatur: Sed dimanatione quæ intelligi poteſt meti
mur:vt verbum a loquente:quod intelligi poteſt:in eoq; īſidet. Ex quo ſciri debet verbi p̄
greſſum:generationem in Dei natura vocari:verbumq; dimanā̄s nominari filium. Qua

Filiꝰ v̄bū dicitur.

re non ſine cauſa magno certamine diſceptari ſolet:an ſpiritus vt amor & volūtas dima
net. Diuus enim Thomas maturus & ſanus Theologus perſonam aliquam quam Græci

S. Thomas

πρόσωπον vocant amoris modo in Dei natura progredi arbitratur. At acerrimus bellator

Scotus. An ſpūs.S. procedat vt amor

Scotus:qui velut ferrum vſu ſplendeſcit: Spiritum tanq̄ amoris actum dimanare cenſet:
Affirmans in his:quę in rerum diuinarum notione verſantur: Diuorum cœtum ſequen
dum eſſe ducem:qui ī omni methodice Chriſtiana ſpiritum amorem nominent. Herricꝰ

Opinio Herrici gandenſis.

autem qui peruenire ad triumuiratū cupit: ex his rebus affirmat:quæ vſu experimur:nos
debere ad naturę diuinæ notionem permeare: Quandoquidem in nobis tergeminę diui
nitatis ſimulacrum inſidere dicatur: At cum aiat nos duplex amoris experiri genus:quo
rum vnus blandiſſimus ex rei obiectæ inuitamento oriatur: Alter igneus exardeſcens fit:
quo voluntas ad rem obiectam impellatur:vtrumq; analogica collatione in Deo eſſe opi
natur. Nos vero cum dicamus quippiā ὑπόστασιν amoris diuinitatiſq; actu in diuinitate
progredi:facile ſequi volumus:proſopon aliquam eſſe:amoris & voluntatis progreſſione
manantem. Sed cum perſpicuum ſit:nullam q̄ ſpiritus proſopon videri:in promptu eſſe

Scotus.

dicimus:ſpiritum amoris voluntatiſq; progreſſu dimanare. Sed cauſa Scoto exoritur:cur

Gregoriꝰ de Arimino.

nolit:a parente & filio ſpiritum natura educi. Cui ita eſt Gregorius Ariminēſis aſſenſus:

Amor a verbo p̄cedit.

Vt nec eum libere dimanare opinetur. At vero cum affirmamus filium intelligentiæ mo
do:vt verbum:ac ſpiritum voluntatis modo: vt amorem progredi:neceſſe erit cōfiteri no
bis:amorem:a verbo dimanare:Idq; maxime rerum ordine probatur. Siquidem nunq̄ cer
nere licet:ab vno plura ſine ordine progredi: niſi in eorum genere:quæ inter ſe materia diſ
ferant: vt figulus ollas materia inter ſe diſtinctas tornat: quæ inter ſe nullum certum
ordinem nanciſcuntur. At in his generibus:in quibꝰ nulla eſt materiæ diſtīcta deſcriptio:
ſemper ordinem reperiri dicimꝰ: Q; ſi ab vna parentis perſona πρόσωπα duas dimanare
affirmabimus:fatēdum erit etiam a nobis in his ordinem quempiam verſari: At cū nullū
his pręter naturæ ordinem aſſcribi poſſe videamus:quo vnus ab altero exiſtit: fieri nō poſ
ſe ſcimus:vt filius & ſpiritus ita a parente progrediantur:vt eorum nemo ab altero dima
net:niſi in his materiæ diſtincta deſcriptio ſtatuatꝰ:q̄d fieri vllo mō in Dei natura nequit:

Spūs.S.a filio p̄cedit.

Ex quo fas erit confiteri ſpiritū:a filio dimanare. Itaq; ob eam cauſam Diuinitati proſopa

Diuinis p̄ſonę ponūt

aſcribimus:inquirimuſq; primo an hę inter ſe æquales eſſe dicantur: in quo non deſino eo
rum hæreticorum letalem ſtolidiſſimamq; ſuperbiam illudere; qui opinionum prauita
te lacerarūt Deum. Quod enim Dolium tam pertuſum q̄ Macedonius Pontifex inueni

Macedoniꝰ Epiſcopus.

ri poteſt? Cui ſpiritus non videtur Deus? aut Donato Numida Craſſius:qui Affricam to

Donatus numida.

tam hoc tetro latice reſperſit:vt parente filius & ſpiritꝰ filio minor videretur? Nā quid de

Eumonius

Eumonio moroſo ſophiſta dicam:a quo eſt diuinitati diſſimilitudo adiecta? Quid Priſcil

Priſcillianꝰ

lianum commemorem:qui vt bigener quoddam monſtrū cōflaret:Gnoſtica & manichea

Arrius

venena permiſcuit? Iam quid Arrhium nominem ardentium hæreticorum follem: qui in
Diuinitate multitudinem tanq̄ gradus minoris gentium adiunxit? Nonne ſatiꝰ fuiſſet
nullum eis tributum eſſe ingenium: q̄ tanta cum lue datum? Q; q̄ intelligi poteſt eos cū
nocere vellent profuiſſe:prouiſumq; a Deo:vt eorum adumbratis præſtigiis veritatis lu
men eluceret. At quanto melius ex noſtris. D. Thomas ęqualitatem in Diuinitate ſtatui

oportere putat: Cum maius & min⁹ in Dei natura verſari poſſe negat. Nobis vero ſi diuinitati ęqualitatem adimendam eſſe placeret: confitendū etiam eſſet nullo modo οὐσιαν vnam in tergemina Diuinitate exiſtere: nec πρόσωπα tres vnū exiſtere Deum: Quod fieri nullo modo poteſt. Ergo neceſſe videri debet: ęqualitas vt in diuinitate ſtatuatur. Sed quęrendum hoc loco videtur an πρόσωπον dimanans principio ſuo ſit in æternitate par? Arrhius enim duodecim generandi genera inducit: Quę aſſeclis ſuis tanq̄ chrias ediſcendas prębuit: Ex quibus multitudo illa appendix: varia eſt monſtrorum genera commenta. At Diuus Thomas detrahendarum controuerſiarum cauſa: filium affirmat parenti in æternitate eſſe parem: cum pręclare notum ſit: filium: a parente non voluntate ſed natura generari. Itaq; parentis naturam ab æternitate: abſolutam eſſe dicit: ac vt filium parenti: ita ſpiritum vtriq; æternum eſſe parem. Sed cum parens is ſit: a quo alius dimanet: facile intelligi poſſe putat: parentē pricipiū debere dici. In quo affirmat: a Græcis pricipii & cauſę nomē ἀδιαφόρως miſceri: rectius ꝑ noſtros pricipii nomīe vti: cū nomē quo lati⁹ videatur eo apti⁹ diuinitati cōgruat: quare diuinę naturę nomīa īponim⁹: quatenus ei⁹ abſolutio in rerum creatarū abſolutiōe ſplēdeſcit: multaq; etiā interdum metaphoricos inducimus: Ex quo fatendum erit naturę ordinem in diuinitate ſtatui: cum ſemper ordo ad quodpiam principium collatione referatur. Sed intelligendum eſt origine ordinem ſine antegreſſione ſtatui: qui .D. Auguſtino auctore naturę ordo dicatur.

Equalitas pſonarū in diuinis.
An pſona ſit coęterna pricipio ſuo
Arrius.
Arriani.
S. Tho.
Pater ē priſcipium.
Græci.
Noīa in diuinis
Ordo ī di.
S. Auguſti.

B v.

FINIS PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI IN SECVNDVM LI BRVM SENTENTIARVM.PROOEMIVM AD IVLIVM.II. PONT.MAX.

NVlla re magis Pont. Max. q̄ rerum creatarum notitia: Dei eſt
intellecta natura. Siquidem homines cum naturæ aſpectu coe
lum ſyderibus tanq̄ oculis diſtinctum cernerent: & tum tellu-
rem altricem aere circumfuſam in media mundi ſede loca-
tam librari viderent: tum circa eam tam exiguo horarum cur-
riculo flagrantem circumferri ſolem: cuius quotidiana circum
uectione annuoq; inflexu non modo noctis Dieiq;: ſed etiá ęſta
tis atq; hiemis viciſſitudo efficeretur: infraq; ęmulam ambire
lunam: quæ menſtruis eum ſpatiis conſequeretur: mutuatam
q; in terras lucem effunderet: Tum circumfluum mare nulla
fluminum acceſſione creſcens: Tum fluminum iactus: vel telluris labētis motum: ac ven-
torum imbriumq; tempeſtiuitatem aſpicerent: quorum alii ad ęſtus caloreſq; ſedandos &
nauigádi facultatem: alii ad ferendi opportunitatem darentur: Tum animátium vel gra
dientium vel volucrum: vel nantium naturam: hominemq; deniq; vt principem metiren
tur: confirmare cogebantur: tam conſtantem ſolertemq; molitionem rerum: ab aliquo di-
uino architectore oriri: qui auctor & parens & educator Deus diceretur. In quib⁹ quidem
rebus contemplandis multum philoſophi a theologorum genere abfuerunt: ſiquidē phi-
loſophi parum nubilo coelo cernentes: res genitas ſunt in ſuapte natura metiri: propriaq;
cauſarum genera indagarūt: nec earum finem attigerunt: vt qui ætatem in itinere conte
runt: nec vnq̄ domum ſuam capeſſunt. At vero theologi quibus coelum depulſa caligine
Philoſo= phia ſeruit vt ancilla. patet: earum rerum genera expendunt: quatenus a principe auctore Deo defluxerint: in
eumq; ſtatuantur: qui ſit rerum creatarum limes. Ex quo intelligi maxime poteſt: Theolo
Albertus. giá perinde philoſophiæ: ac diſciplinam militarem: armorum faciendorum artificio fabri
Xenocra= tes. li: comparari: quę a philoſophia tanq̄ a pediſſequa & ancilla porrigēte ſumat. Eſt enim cer
ta quædam omnium ſcientiarum ſeruitus theologiæ famulátium. In quo quidem Pont.
Theophra ſtus. Max. ſi noſtrorum theologorum ingenia repetemus: iure videbimur affirmare poſſe plu-
Empedo= cles. res in omni doctrinarū genere theologos q̄ philoſophos præſtátes extitiſſe: Nam vt omit
Democrit⁹ tam totum illum priſcum theologorum coetū: Quis erit ex omni grege philoſophorū Al
Alexander de ales. berto comparandus? Num Xenocrates aut Theophraſtus adducetur par? Ego.n. vtrum
q; vt ſolertē naturæ interpretem probo: ſed neutrum tamen hac enucleata Alberti di-
Egidi⁹ Ro manus. ſciplina tolerabilem puto. Nam Empedoclem Democritum aureas philoſophorum pecu
des: non equidem audeam cum Alexandro aut Egidio Romano conferre. Nec.n. dubita-
Zeno Elæ ates. ri debet ſi de principiis aut atomis in diſceptationē veniát: quin ſtatim ſint noſtrorum cō
trario ictu caſuri. Nec item verendum eſt: ſi modo vel Zeno Elæates: oculos hominibus e
Herillus. ruens: nihil vſq̄ eſſe affirmet: vel Herillus ad ſcientiá omnia reuocet: ſiue Academici qua
Academici Ariſtipp⁹. ſi deſperati: nihil certi eſſe probent: quin ſtatim de ſententia deturbati cadant: cum facilli
Epycurus. me modo eorum precaria fundamenta conuellátur. Nihiloq; plus eſſet Ariſtippo & Epy-
Pythago= ras. curo inter theologos eruditos loci: quorum alter voluptatem dulcedine ſenſum cientem
Anaxima= nes. probat: Alter voluptati atomos adiiciens: ita Democriti obſoletam chlamydem tingen-
do exurit: vt ambuſto pilo extantia fila appareant. At Pythagoras: Anaximanes: Xeno-
Xenopha= nes phanes: Parmenides: qui naſcentem Philoſophiam tanq̄ galli aduentantem ſolem ceci-
Parmeni= des. nerunt: vt grandes & anteſignani laudantur. Sed ſi modo ali⁹ animam cōmeantem: Ali⁹

aetem Deum: Alius infinitatẽ: Ali⁹ coronā afferret: q̄ effuſe: Herricum Herueum: Godo
fredum & Gregorium Ariminenſem cachinnaturos credimus? Quid de Zenone: Clean-
te: Perſeo: Criſyppo: & de tota illa ſpinoſa ſtoicorum turba putandū eſſet: Si Aureolo: Du
rando: Petro paludenſi: aut Alphonſo perſuadere vellēt: ſapientis eſſe neq; exorari neq; li
niri: nec a capitalibus ignoſcibilia crimina ſecernere: ſed omnium peccatorum genera eſſe
paria: nec minus ſceleris patrare qui formicam aut culicem ſine cauſa q̄ qui hominem oc-
cideret: an dubitamus quin eſſent a noſtris eorum capita ſine cymolia abluenda! At vero
quis in omni philoſophia Platone abundātior: quis Ariſtotele veracior? Ego.n.ſic cenſeo
Platonis velut ſolis interuentu exhilaratum eſſe mūdum: Diſciplinam eius vt variam &
vberem & quaſi Chriſtiano quodam ſuccu tinctam laudo: Sed video ex eius tentorio Ari
ſtarchum philoſophorum prodire Ariſtotelem: qui eam diſciplinam tanq̄ adamas adamā
tem, ſcalpit. Ipſum autem Ariſtotelem quaſi lapidem lydium philoſophorum probo: quis
enim vel rerum compreſſione crebrior: vel partitione lucidior: ſiue robore neruoſior: aut ĩ
veri iudicio ſanior reperiri poteſt? Natura profecto haud perinde ſe interius introſpicit: vt
ipſe eam manu prope exterebrando contrectat. Sed quid dicendum eſt: ſi cum hoc naturæ
prodigio: noſtrorum legionaria cohors aduerſa concurrat? Quid ſi bellator acer Scotus in
coelitum notitia, eum rationum nexu tanq̄ elephantem draco aſtringat? Quid ſi lichnus
theologorum. D. Thomas: perinde eius endelechiam illudat: ac qui ex auri pigmento au-
rum conficere volunt irridentur? An ego aut ſubtilitate diſputādi, aut partiendi luce: aut
altitudine rerum. D. Thomam Platoni, aut Ariſtoteli Scotum opponere non audeam vł
alterutrum vtriq;? Ego vero neutrum: ſi reuiuiſceret negaturum putarem: ſe a noſtris in
omni ſcientiarum genere vel ęquatum: vel ſuperatum iri. At vero modo ſerotini naturæ
foetus: Themiſtius: Porphirius & Aphrodiſeus Alexāder iure celebrantur: Quid ſi ex ea-
dem Ariſtotelicorum armorum officina: Aueroym & Auicennam duo philoſophorū ful
mina eduxero: omnia Arabum mappalia veſtigaro: eumq; coetum, Pariſi⁹ Theatrum &
domum doctrinę deduxero? Num putandum eſt: non obuiam omne theologorum vētu
rum robur: non equitum turmas non phalanges occurſuras? Quæ enim patefacto arma-
mentario: vel hyſtrice ſpinoſior. G. Ochan: vel ex Scoti ſinu. F. Maro: ſiue Tragicus theo-
logus Riccardus villa: iaculorum genera arriperent: ſi illis eſſet cum hac gralatorum phi
loſophorum manu confligendum? Iam vero qua oppugnatione: copia Landulphi: Argen
tini Acumen: Audacia Capreoli: Tela Garronis: Pauli Aſtus: Affluētia Gannaci: vł litte
ratior ſolertia Pici: ſiue cæterorū recentiū theologorū arma vrgerent? Qui non mō omnia
doctrinarum genera tanq̄ per cribrū farinarium ſecreuerūt: ſed etiam vſq; eo dilatarūt: vt
longius mens humana progredi nullo modo poſſit. Quare Pontifex maxime, cum viderē
ꝓpriū eſſe ſeminis Chriſtiani omnium gentiū hominib⁹ antecellere: dolebā nos in aliquo
genere ſuperari. Nam cum quodcunq; eſſet: vbiq; pręclarū a noſtris hauſtum & ereptū vi
deretur: nō poterā non turpe iudicare: pati nos a quibuſdā in doctrinarū genere eloquētia
vinci: cum pręſerti multa pſtātia ob eloquentię inopiā in Bibliothecis abſoleſcere cernerē
quēadmodū multa ſępe auri aut gēmarū gn̄a artificū egeſtate obtegunť: ſiqdē humaniorū
teretes & ſupbę aures ad oēm ſermonis aſperitatē tāq̄ ad labentis Nili fragorē obſurdeſcūt:
cōtra vero philoſophi: qui dū verborū ſplendorē vt amictū metiunť: nec multū curāt cu-
iuſcemodi pāno veſtiāť: mō ita amictū ꝑdāt vt penulatos & veſtitos ſe eſſe intelligent: oīa
verborū ornamēta tāq̄ putamina aduētitia aſpnanť. Itaq; Pōt. Max. hoc igreſſu patefacto
ꝑge cūctātes excitare ꝓmerēdo vt abſoluti⁹ hoc copulādi cumuleť mun⁹. Nā qđ ē tibi na
tura inſitū: vt ſemp ingeniorū ſedulitati faueas: id nūc tibi impii magnitudo concedit: vt
affluentius ſuffragari poſſis.

Herricus. Herueus. Godofred⁹. Grego. de arimino. Zeno: Stoi. Cleantes. Perſeus. Chriſyppus. Aureolus. Durandus. Petr⁹ de pa. Alphōſus de Tulleto. Plato. Ariſtoteles. Scotus. Diu⁹ Tho. Themiſti⁹. Porphirius. Alex. Aphrodiſeus. Aueroys. Auicenna. G. Ochan. F. de Maro. Richard⁹ de media Villa. Lādulphus. Tho. argen. Capreolus. Garro. Paulus Vene. Bernard⁹ de Gannaco. Io. Picus mirādulanus.

MVNDVM ESSE CREATVM CONTRA ARISTOTM.

QVibus expoſitis perſpicuum eſt Dei etiá procreandi propriú eſſe munꝰ:
Eumq; res ex nihilo, nulla antecedente materia conſtruere. Ná ſi quid a
Deo manat: neceſſe ē vt aut aliquid ātecedat: aut nihil adſit. Si nihil ad-
eſt: notum eſſe debet ab eo aliquid nullo antecedente manare. Si aút qcq̃
antegreditur: Aut eſt in infinitú emanatura excurſio: quod in naturæ ra
tione fieri nullo modo pōt: aut aliquid erit primum exquirendú: quod ni
hil antecedat: Quod quidem Deus eſſe non poteſt; cum nulla ſit materię coagmentatio-
Deus creat ex nihilo. ne concretus. Ex quo maxime intelligi poteſt architectorem & ædificatorem Deum: res
ex nulla antegrediente materia moliri. Hinc eorum eſt repulſa & reiecta opinio: qui de ni-
hilo nihil gigni arbitrantur: Atq; inde etiam magna eſt nata de mundo diſſēſio: cú alii eú
ex æternitate & immortali natura ꝓditum: Alii a Deo exædificatú & conſtructú putarēt.
Galenus. In quo pæclarus Auctor Galenus negat ſine ſenſuum teſtimonio ſciri poſſe vtrum ęternꝰ
Quæſtiões de múdo. ſit mundus: an natiuus: quaſi rationi nihil ſit ſenſuum fide teſtatiꝰ: Ex quo quidē arripere
tur: ſenſu ſemp eādem cœli & ſyderum ęqualitatem ꝑcipi: & quod ſemp eſſet ęquale: nul-
Auerrois lam vnq̃ ſui tabem pati: Quod autem nunq̃ extabeſceret: nec id quidem vnq̃ eſſe genera
Ariſtoteles tum. Sed præter cæteros Arabs Auerrois qui Ariſtotelis diſciplina tanq̃ cotis attritu acui
Quattuor phōrum Sētentię de mundo. tur: cum viſco adeſt & ſibilo: & quo illuſtrius Ariſtotelis opinionem defenſitaret: Omnes
philoſophorum ſententias de Mundo in quatuor genera partitur. Nam vnam eſſe ait
Anaxagorę qui mundum natiuum & tabeſcibilem opinatur: Eamq; dicit Auctoribus Iu
Anaxago. Maumethiſtæ daeis: a Maumethiſtis, & Chriſtianis eſſe retentam. Secundam adhibet eoꝝ: quibus nunq̃
generatus: & labefactabilis Mundus videretur. Proximā eſſe dicit ſentētiam Platonis: cui
Chriſtiani natiuum quidē Múdum: Sed nulla temporum ęternitate tabeſcibilem eſſe placet. Quar
Plato. tam affert Ariſtotelis: qui nec genitum Mundú: nec interiturum eſſe cēſet. Plato autem
Ariſtoteles Deus mēs & cauſa. duo initia rerum Deum & materiam eſſe voluit: quibus omnia conſtarēt. Deum mentē:
& cauſam rerum nominat. Materiam vero formę expertem: & infinitā: in ordinē a Deo ad
ductam putat: ex eaq; mundum immortali natura factum arbitratur. Stoicis vero placet
natiuú & tabeſcibilem eſſe mundum. Nam Zeno: Chryſippꝰ: Poſſidonius: Cleantes: An
tipater, & Panetius probant: cuius partes labefactabiles ſint: tabeſcibilem eſſe īregritatē:
Cum autem mundi partes labefactabiles ſint: Quādoquidem viciſſim mutenť: Fateri co
gunt tabeſcibilem eſſe mundú. At præſtans omnibꝰ aſtu & doctrina Ariſtoteles: tanq̃ ha
buerit id operis vt omniú ſuperiorum philoſophorum adipē extenuaret: Negat múdum
eſſe generatum: Maximeq; in eo qui eſt primus de cœlo & mundo liber auerſo pollice Pla-
tonem oſtendit. In quo natiui & tabeſcibilis diffinitione probat q; fieri nō poſſit: vt quod
generatum ſit non extabeſcat: Cumq; firmiſſimis argumentationibus ꝓbare coneť: niſi q̃
ortum eſſe mundum: concedi ſibi vult: vt ęternꝰ eſſe dicatur: & q; fieri nullo modo poſſit
vt quod æternum ſit: labefactari poſſit: & quod ortu careat: id non eſſe æternum. In qua q
Peripateti. dem ſententia omnē Peripateticorú gregē tanq̃ ſuber in aqua retis Plumbum ſuſpenſú cō
Themiſtiꝰ tinet. Siquidem Themiſtius & Auerrois pertinaces Ariſtototelis aſſeclæ tantillum nodú
Auerrois. exquirentes pugnaciſſime hanc ſententiá tueri volunt: & ſi ſarcina in alteram clitellę par
tem propendet: Alteri adiiciunt lapides. Verecundius autem ex eadem familia Alexāder
Alexan. Aphro. Aphrodiſeus: dicit ſe non aliam ob cauſam hanc potiſſimum ſententiam ſecutum: niſi q;
ea ſibi minus ambigua: & a reprobatione ſemotior videretur: quaſi nondum certam: & ve
ram eſſe cenſeret. Ex quo quidem intelligitur homines nandi peritos; voraginibus tamē
obrui. Nam quæ ſunt ab Ariſtotele exquiſitius argumenta collecta; probabiliora ſunt: ma

giſq; ad contradicendũ parata : q̃ vera. Idq; ꝑſpici poteſt : ꝙ ſemper in hoc quæſtionis gñe
Anaxagoram: Empedoclem: Platonem exagitat. Quod magis videri debet perſuaſibili- Anaxa.
ter probantis q̃ neceſſaria ratione concludentis: Ipſeq; ſibi repugnat: cũ confirmet in topi- Empedo.
cis quędam eſſe dialectica problemata: quorum certa ratio afferri non poſſit: vt ſi quęratur
vtrum ſit ex æternitate mundus. Itaq; ab eo hoc loco ſciſcitor: ſi Mundus ęternus fuiſſe di
cat: Nũ ſemper hoĩes extitiſſe velit. Nam ſi ſemper fuiſſe neget: concedi oportere puto: id
perabſurdum videri: cum negari non poſſit: hominum cauſa Mundum eſſe conſtitutum:
Si autẽ homines ſemp fuiſſe cõfirmet: rurſum ab eo ſciſcitandũ arbitror: cur ſit illorum ho
minũ memoria deleta: Aut cur non ſint nobis per manus, ſcientiarũ genera tradita. Quę
quidẽ ſuo ingenio pfecta eſſe videri cupit: Dum omne ſuperiorum philoſophorum genus
vt hebetius exagitat. Nam ſi memoriam rerum, eluuione: aut exuſtitiõe: ĩtercidiſſe dicat:
perfacile erit ſecũ obſignatis ſyngraphis agendum. Quandoquidẽ in metheoris catholi-
cum fieri cataclyſmum neget. Eodemq; modo erit de exuſtione dicendum: cum ſatis phy
ſicis placere videam⁹: Calorem humore ali: & q̃q̃ viciſſim ſępe alterum altero ſuperari opi
nentur: neutrum tamen ita opprimi poſſe volunt: vt vim inſtauratitiam amittat. Ex quo
facile intellectu eſt: exuſtionem catholicam eſſe non poſſe. Q; ſi neutra catholica eſſe po-
teſt: perſpicuũ etiam videri debet: memoriam rerum propagari potuiſſe. Id ſi ita eſt: dubita
tionem non habet: quin ad nos quoq; dimanare potuiſſet: Q; ſi ad hanc ætatem propaga
ri potuiſſe diceretur: Nihil prorſus eſſet: quod ei ſcientiarũ primę ferrent: cũ pabſurdum
eſſet negare: æternis annorum curriculis innumerabiles Ariſtoteles aut Platones non fuiſ
ſe. Atq; etiam ſi mundus ęternum omni ſpecierum genere abſolutus diceretur: Cauſa nõ
eſſet quin multa incredibilia ſequerentur. Nam neceſſe eſſet confiteri: non modo innume Ratio.
rabiles animas actu exiſtere: Sed etiam interminatas cõuerſiones fuiſſe. Ex quo perſpicuũ Alia rõ.
videri poſſet tot Solis, quot Lunę conuerſiones extitiſſe. Cum autem fatendum eſſet vtro
rumq; innumerabiles conuerſiones fuiſſe: Satis eſſet argumenti: partem toto omnino eſſe
æquatã: Quo quidem nihil inſulſi⁹ dici poſſet. Atq; etiam fateri licet: æque Leonẽ a Deo
ex materia: atq; ex nihilo gigni potuiſſe: ꝓpterea ꝙ quãdocũq; a Deo materia gigni potuiſ Alia rõ.
ſe dicatur: neceſſe eſt etiam fateri ab eodem coagmentatum educi potuiſſe: Alioqui mate
ria ſine forma gigneretur. Atqui cum notum ſit haud ex materia Leonem a Deo æternum Alia rõ.
potuiſſe gigni: Apertum eſſe debet: nec etiã ex nihilo: aut vllo modo potuiſſe gigni. Pręte
rea quodcunq; ęternũ eſſe potuit id omnino ęternum fuit: At nihil præter parentem Deũ Alia rõ.
æternũ eſſe potuiſſe cõcedendũ eſt. Igitur nihil præter Deum æternum eſſe potuit. Dein-
ceps etiam quodcunq; eſt effectũ ortu: diuturnitatis exordium nanciſcitur. Sed cum inter Alia rõ.
philoſophos ſanos conſtare videam⁹ Deum cauſam effectricem eſſe mundi: facile colligi
poteſt: originem rerum & molitionem eſſe nouam. Nec minus etiam intelligi poteſt excel
lentium omniũ philoſophorum generi placere: nihil omnino, auctori & parenti rerũ Deo In.ii.
ęquari poſſe. At ſi mundus æternus fuiſſe diceretur: in promptu eſſe deberet: molitori mũ phyſico.
di Deo ęquari poſſe. Quo quid dici poteſt inſcitius! Poſtremo ſi ętern⁹ fuiſſe diceretur: Pu
tandũ eſſet etiã æternum fuiſſe rerũ ortũ. Igitur fatẽdũ quoq; eſſet: vnũ hominem ab alio
in immẽſum etiã generatum. Atqui cũ ille ipſe Ariſtoteles parentem filii cauſam effectri-
cem eſſe velit: Perfacile iudiciũ eſſet in effectricium cauſarum genere: in immenſum ex- In.ii.
currere indagationem poſſe. Quod fieri nullo modo poſſe cẽſet. Ex quo quidem ſciri licet Metha
innumerabilia colligi poſſe: quibus probetur & generatum eſſe mundum & generatorem phyſicæ.
fuiſſe Deum.

SEQVITVR DE ANGELIS.

DE ANGELIS.

Gregori⁹ nazazenus. Hieronymus. Damaſcenus. Baſilius. Ambroſius. Caſſiodorus. Dionyſius. Beda. Thales. Heraclitus. Dioge. Anaxa. Plato.

SEd cum non obſcura ſit ſignificatio expoſita generatum eſſe mundum Querendum modo videt: vtrum ſit ortu: corporea: an cœlitum natura antiquior. De quo quidem inter noſtros eſt orta diſſenſio. Nam Gregorius nazazenus grecię theologorum princeps: parentē & generatorē putat: prius mente cœlitū naturā fuiſſe complexū: eamq; meditationē op⁹ fuiſſe arbitratur. Quem ſubſequitur eius auditor: preclar⁹ Auctor: Hieronymus. Eiq; ſententiæ non defuit homo doctus Damaſcenus. Nonnullis aūt viſum eſt corpoream naturam genitam eſſe a Deo miniſtris primigenis cœlitib⁹. Græcorq; vero pertinax credulitas eſt ortu antquiores eſſe cœlites: Sed Baſilio principe Ambroſi⁹: Caſſiodorus: Dionyſius: & Beda: cuncta ſimul generata eſſe voluerunt. Quæ quidē ſanorū eſt hominū opinio. Apud ſuperiores autem philoſophos tanq̄ diſiecto ponte amnis tranſmitti nequiret: nemo quicq̄ a natura ſeiunctum eſſe cenſuit. Nam Thales mileſi⁹ qui primus inter ſapientes fuſtem quatit: Humero tenus lacertos nudans: Aquam dixit initium eſſe rerum. Heraclito initiū ignis: Diogeni Aer eſt viſus: quaſi nihil vacās corpore ſub ſenſuum notionem cadere poſſe videretur. Anaxagoras autem q̄q̄ vt ceteri corporea: initia eſſe vellet: Primus tamen decidēti ſarcinę ſuccurrit: dū Hylæ mentē adiecit: intelligentiā materię expertē initiū cōmentus: Poſt Plato hauſtus luto ſuſtulit: & ſemiamictos philoſophos veſtiuit. Nam cū videret veri iudicium ignorari: Tum meatu: & perennitate rerū cōcretarum: Tū ſenſuū fallacibus indiciis quibus corpora internoſcuntur: Naturas quaſdā a reb⁹ meātibus ſemoras eſſe voluit: E quibus nuda veri integritas eliceretur: Eaſq; mathematicas: & ideas nominat. In Ideis autem ordinē opinatur. Nam quo quicq̄ eſſet in intelligentia purius: eo id dicebat eſſe ordine prius: Idq; vnum Principatu preſtans: imenſum & infinitum Deū ſtatuit: Subq; eius dominatu & nutu: varios ordines Cœlitū naturę ſeiunctæ conſtituit. At multo melius noſtri probant: a Deo generatos eſſe cœlites: eoſq; diuinę animationis īmortali natura preditos: vigere & ſapere: Maximeq; hoc loco perquirunt: An cœlites materia & forma cōſtare dicantur. In quo quidē plerīq; qui multū operę in methodice Auerroea cōſumūt: eque intelligētē naturam: ac ſenſilē materia & forma cōſtare volunt.

Auerro.

Nos vero id Auerroim ad intelligētiā poſſibilē (Faciamus enim hoc verbum tractando tritius) nō ad cœlitū ītelligētiā referri voluiſſe dicim⁹. Eteñ fieri nullo mō pōt: vt cœlitū gñi vllū ſit materię gen⁹ admixtū: Siquidē qualiſcūq; rei munus naturæ ſuę mō cōſtituit. Cū autē pcipere: mun⁹ ſit ab oī materia ſecretū: Intelligi poteſt omnē intelligentē naturā materię cōcretiōe vacare. Ex quo eorum licet inſulſitatē & inſcitiā accuſare: qui Ariſtoteli viſum eſſe volunt ſpirit⁹ naturā materia & forma cōſtare. Itaq; ob eā cauſā dicem⁹ cœlites corporibus ſuapte natura vacare: q̄q̄ non negemus ab his quādoq; varia eſſe corpora ſuſcepta: vt eſt vatum Elogiis & memorię mandatum. Sed plus negocii hoc loco exoritur: An cœlites in hoc loco verſari dicantur. Nonnulli enim quibus magnæ curæ eſt affirmare intelligētiam naturam eſſe quandam ab omni materiæ concretione ſeiunctam: & liberam: nullum eam ad locum: aut ad corpus appulſum: nanciſci volunt: Quandoquidē eam circa id ſine intermedio moliri negent. Ex quo ſane magnum Hereſeos carcinoma obreperet: cū pclare notū ſit Cœlites circa hominū gen⁹: ſine intermedio moliri. At diu⁹ quidem Thomas in hoc q̄ſtionis genere ſic agit: Vt cœlites in loco niſi contactu: aut virtutis appulſu verſari neget. Cui obſiſtere cupiens grauis interpellator Scotus: dum eū poſtulat ex ſyngrapha, pugnantia inducere confirmat. Quod idem ei cum Gregorio conuenit: qui Diui Thomę ſentētiā ī Pariſieſe execratū mēbrū īcidiſſe opinat: In quo qdem q̄ſtiōis gñe

D. Tho. Scotus. Ar. Pari. Grego. de Arimi.

mauult oſtentare quod habet: q̄ peruenire quo poteſt. Sed exoritur repente magnus Au-
ctor Godofred⁹: qui ea male tornata membra incudi reddere iubet: Diuumq; Thomā tel-   Godo-
luris ſal merum eſſe arbitratur: Idēq; ꝑpe Hērico: & Egidio videri ſcim⁹. Itaq; hoc cōſtitu   fredus.
to: cū intelligam⁹ cœlites intelligētię complexu rationem bonorum vniuerſam percipere: Henric⁹.
Fateri etiam cogimur in eorū genere eſſe voluntatē. Et quemadmodū in his præſtantior   Egidius.
intelligentia: q̄ in hominum genere ſit: Ita excellentiorem eſſe optionem & præſtantiorē
liberum voluntatis motum: Cumq; in his nihil pręter intelligentiæ appetitionē eſſe dica
mus: ſatis notum eſſe debet nullo modo eorum appetitionem iracūdia, & cupiditate ſecer
ni. Atq; etiam cum in eorum genere voluntate naturalis procliuitas dicatur: dubitari nō
poteſt: quin omnis eorū voluntas: naturalis ſit dicendus amor: quo ſane loco minutatim   De nu-
de cœlitum numero quæri ſolet. Ariſtoteles enim in eiuſmodi quæſtione Platonem ex for   mero An
mula poſtulat: ꝙ in tota illa philoſophię ſylua inanius ſit cælitum numerum perſequut⁹   geloꝝ.
At Auerrois: qui in ſocietatem glorię venire conatur: ad orbium numerum cœlitum ſum   Ari.xii.
mam deduxit: affirmans minus abſolutos cœlites videri: ſi feriati naturę torpore conſiſte   Met.
re dicerentur. Auicenna vero ambitioſe egens: ne vſq̄ a ſenſuum notione diſcederet: cœli   Plato.
tum numerum ſpherarum numero alligauit. Nonnullis autem qui ī neapolitana crypta   Auerro.
inābulant: contractior numerus eſt viſus. Aliis vnigenum tātum cœlitē eſſe placet: Mul-   Auicen.
ti ea quę non extabeſcunt: plura debere eſſe negant: quaſi multitudo, a pręſtātia diſſideat:
vt præclare in ſole & luna paret. In quo ſane minime mirum videri debet hallucinari hos:
quandoquidem perinde mens humana in cœlitum natura ac noctuę oculus in ſolis ſplen
dore hebeſcit: Itaq; intelligendum eſt a cœlitibus res corporeas nō multitudine numeri:
ſed multitudine ſpecierum ſine collatione ſuperari. Nec. n. cœlitum numerum vt ato-
morum aut harenarum multitudinem deſcribimus. Sed plures cœlitū affirmamus q̄ cor-
porearum rerum ſpecies inueniri: ob eāq; cauſam ſciri poteſt: eos ab animarum genere diſ-   Angel⁹
crepare: propterea ꝙ aīa eſt ſuapte natura iugabilis: reſq; rationando percipit: minuſq; in-   differt
telligentiæ lucis haurit. Sed quoniam extima fœlicitas in Deo contuendo verſat̄: in prō-   ab aīa.
ptu eſſe debet: diſſimillimum eſſe eiuſmodi obtutus gen⁹: ſiquidem perinde ſe Deus: vt
oculus micātem in pupilla lucem cōtuetur. Hominū vero genus haud ſecus dominatorē
rerū Deū aſpicit: ac ſi qſpiā hoīem ſpeculū cōtuēdo cernat: ex quo regeſtū hoīs ſimulacrū
excitet̄. At cœlitū grex ęque Deū videt: ac ſi qſpiā hoīem ſimilitudīe ſine ītermedio ab eo
ſuſcepta cernat. In quo qdē fœlicitatis gn̄e cœlites generatos eſſe dicim⁹: Eodēq; mō affir   Angeli
mam⁹ eos nullo corporis amictu ſuapte natura veſtiri: ſed quædā īterdū corpora atripere: nō hn̄t
q̄ hoīm gn̄i ſpectabilia ipā ſint ꝑ ſe: eaq; ex cōcreti aeris materia effici: ꝙ aer maxīe ſit ad cō   corpora
uerſionē et trāſformationē apt⁹: Itaq; & in hoīm hoſpitalia corpa obrepere: & imaginatio   vnita.
nē flectere poſſūt. Eorūq; munia ex aduētitio ad ītelligētiā redūdanti; ꝓpterea ꝙ ei imagi   Angeli
natio tāq̄ color oculis obiicit̄: atq; hoc qdē vſq; ad volūtatis optionem ꝑmeat: cū volūtas   poſſunt
ab oī ſit corporeorū inſtrumētoꝝ appulſu ſeiugata. Ex quo ītelligi licet: hominib⁹ q̄ſi pere   ingredi
grinātib⁹ cœlites ſpeculatores & cuſtodes naturę ortu dari. Qui nō mō gen⁹ humanū in   corpora:
vltimū tutiore itinere deducāt: ſed etiā nocitura depellāt: nec ita vnq̄ ab excubādi mune   Angeli
re diſcedūt: vt ſūdit⁹ tuēdi cōſeruādiq; ꝓcurationē deſerāt: ſed tātiſꝑ interdū excubias iu   dantur
uandi cauſa intermittūt: quēadmodū haudquaq̄ interdum obeſt: vt hoīes in criminū aut   cuſto.
ęrūnaꝝ gn̄a incurrāt: Nec multo qdē ſec⁹ ꝑquirim⁹: Nū eoꝝ ſit diſſimillima cōditio natu
rę? Nū ſit īformata ꝑſenſio reꝝ futuraꝝ? Deīceps ēt cēturiatī deſcriptos ordīes ꝑſeqmur:
Ac vtrum vtatur Deus ad obeunda officia turmatim, an ſingulatim bonis? Quę quidem
ab omni philoſophorum genere ſunt tractata ieiunius: a nobis vero non tā ſunt orationis
complexu: q̄ cœlitus hauſta & patefactione percepta.

DE DAEMONIBUS

ITidemq; prope a nobis de Dęmonũ genere exquiritur. In quo quidem
affirmatur: nihil aliud eſſe deliquere: q̃ ab amuſſi declinare act⁹ ſui. Nã
ſi vel ex rerũ natura: vel ex mortalium: aut ex artificiorũ ratione pecca-
tum elicitur: Id ſolum a recto non torquetur: Cui⁹ eſt formula ipſa agẽ-
tis virtus. Diuinę autẽ mentis voluntas ſola eſt amuſſis actus ſui: nul-
liſq; ſuperioribus finibus circunſcribitur. At cæterorũ: quorũcunq; vo-
luntas: nullam actus ſui formulam aſſequitur: niſi quatenus in rectum ab vniuerſitatis pa
rẽte dirigat. Ex quo quidẽ aſſumit: Deũ delinquere nõ poſſe: cętera aũt deliquere poſſe cõ
ditiõis naturę ſuę mõ. Quo cõſtituto pbat cœlitũ genus peccare potuiſſe. Itaq; ob eã cau
Sanctus ſam quæri ſolet: Quod nã eorũ fuerit princeps peccati genus? Diuo quidẽ Thomæ id a ſu
Tho. perbiæ malo manaſſe placet. Quod contra: Scoto maxime diſplicet. Rationes enim indu
Scotus. cit. Quibus cum crimen Dęmonis maximum fuiſſe probet: propterea q; eſſet irreparabile
malum: Concludi putat: ſuperbiam nullo modo maximũ videri crimen: quandoquidẽ ei
obiecta humilitas e regione reſpondeat: quę nullo modo virtutum maxima dicatur: Atq;
etiam probabilius videri dicit: inferius Dęmonum genus: id imperium nullo modo cõcu-
piſſe: quod minus eorũ naturæ congrueret: cum perſpicuũ videri debeat: maluiſſe eos au-
ctoris Dei: q̃ Luciferi dominatum pati: Ex quo ſatis liquere: haud quaq̃ id crimen: a furẽ-
tis ſuperbię malo manaſſe. In quo quidem multum ei a cęſiorum genere plauditur. Cui tñ
reſponderi poteſt: minime neceſſe fuiſſe: id Dęmonis maximum extitiſſe crimen: cum poſt
etiam ab eo diriora ſint ſcelerum genera patrata: Diciq; etiam nimirũ poſſet: ſuperbia tu-
mentem eodem hoſtimẽto: malle ſuperioris: q̃ inferioris generis imperia pati. At ſi quicq̃
præſtantius in inferiori genere nanciſcatur: quod in ſuperiori conſequi nullo modo poſſet:
malle eum affirmamus: inferiori generi ſubeſſe. Quo quidem modo dicendum eſſet haud
quaq̃ contra ſtolidiſſimorum Dęmonum ſuperbiam videri: eos inferioris generis domina
tum pati noluiſſe: vt ſuapte ſcilicet natura extremum bonorum aſſequerentur: cum tum
etiã cœlitũ principi eſſent ſubiecti lege naturę. Sed a doctiſſimis quæſitũ & diſputatũ eſt:
an nequam Dæmon cõtinuo in ortu deliquerit. Multis enim Dęmones in ipſo ſtatim or-
Aureol⁹ tu non natura: ſed voluntate malos fuiſſe placet. Aureolus autem q agtaneã ſententiã de
Gre. de lũbat: eũ cõtinuo in ortu delinquere potuiſſe ceſet. Nec minus itẽ telorũ affert Gregori⁹
Arimi. Ariminenſis: qui cũ in huiuſce rei diſceptatione Chriſtum anima continuo in ortu meru-
iſſe velit: Cõcedi ſibi vult vt cœlites etiã i ipſo ſtati ortu merere: ac ęquę delinquere potuiſ
ſe dicant. Cui etiã ne mora quidẽ ad reſpirandũ datur: ſiquidem quemadmodũ Dæmonẽ
continuo in ortu nullo modo deliquiſſe concedendũ eſt: Ita concedi debet cœlites in ipſo
ſtatim ortu fœlicitatem nullo modo cõſecutos: Atq; ita minus illis neceſſe fuiſſe putãdũ
eſt: ſe manſuros pręſagiſſe: quemadmodum nec Dęmones ſe caſuros diuinaſſe: anteq̃ cœ-
li Theatro deturbaretur. At cum imprimis cœlitum fœlicitas a Deo dimanet: cumq; cri-
men a libero voluntatis motu oriatur: erit confiteri neceſſe vt auctor mundi Deus Cœli-
tes fœlicitate afficere potuiſſe dicatur: eos in id impellens: quod ſit ſupra progredientem
naturam ſitum. At vero nullo modo confitendum eſt cœlites niſi poſt princeps illud mo-
mentũ per ſe peruerſe in id impelli poſſe: quod ſit ſupra progredientem naturam conſtitu
tum. Quo poſito tanq̃ in integro res ſit: affirmatur Dæmonẽ inuidię felle & ſuperbia cęcũ
diuinũ honorẽ vt fœlicitatis finẽ cõcupiſſe: ac alios appetitiõis cõtagiõe inquinaſſe: pluresq;
inſõtes temãſiſſe: q̃ cecidiſſe reos: Itaq; affirmam⁹ eos apud orcũ igni vltore mulctari: nec
vſq̃ niſi irritãdorũ oppugnãdorũq; hoĩm cauſa ex ditis ãtro diſcedere: q̃q̃ pricipi ſẽt etiã

placet eos in hoc terrę proximo craſſo & cõcreto aere verſari: quo propinquius irritandi fal- Magí Sẽ
lendiq; teria iactent. Atq; etiam fatendũ eſt eos ſcelere obcalluiſſe: nec ſanabiles eſſe ætate, tẽriani.
nec item his ſpatiũ reuocandi dari: cũ ab ea peccati tabe auelli nolint: qua cœlitũ princeps,
vt fęx in imũ ſuperba auiditate corruit. Ex quo nihil eſſe poteſt Origeni Straboni loci: qui Error
Dæmonum ęrumnas in tẽpus circũſcribi putauit. Soleo enĩ hoĩs omnium doctiſſimi hallu origenis.
cinatione angi: ꝙ ab eo ſit tanto melli: tã dirũ aconitũ ſatum: Atq; etiã intelligendũ eſt, eos
ex quibuſdam indiciis occultaꝝ rerum notitiã elicere: abſentiũ vero diſtãtiũq; rerũ in ſe co De co-
gnitionẽ percipere: cũ haudquaꝗ̃ propinquitas, aut longinquitas intelligentię aciem per- gnitione
ſtringat. At futurarũ reꝝ pręſenſionem in ſe nullo modo percipiũt. Sed quodã cauſarum ſi dęmonũ
gnificationũq; genere res futuras pręſentiunt: quod idem hominũ generi accidere poſſe di
citur. Siquidem multi Aſtrologũ cauſis, Geomantici ſignis futurarũ reꝝ pręſenſionem cõ
ſequi poſſe volunt. Nam cũ Aſtrologos ęquato cœlo ſyderꝝ cognitionẽ elicere opinentur: Aſtrolo-
quibus citeriora regantur: multa eos affirmãt de ventis, de hymbribus, de tẽpeſtate, pręſen gus.
tire poſſe. Eodẽq; modo Geomanticos celeri manuũ motu punctoꝝ multitudinẽ deſcribe Geomã-
re: qui ad orbiũ figuras referant: Nec multo quidem ſecus medicos ex lotio ęgritudinis na- ticus.
turã præſagire: multoſq; item ex auiũ gannitu: multos ex piſciũ natatu tẽpeſtatem pręſen- Medici.
tire. Idq; ex cœli motu accidere: a quo tempeſtates aut cõmutationes futurę gignantur: in
quibus quidem cunctis pernoſcendi generibus, Dęmones hominibus maxime pręſtãt. Nã
& abſolutius vim aſtroꝝ percipiunt: ſubtiliuſq; eoꝝ copulationes diiudicãt: deinceps etiã
ex patefactione inſontium cœlitũ cognitionem elicere dicimus: quoꝝ ſint non voluntatis
congruentia: ſed germaniſſima intelligentiæ ſimilitudine cognati. Poſtremo multa eoſdẽ
longinquo temporis vſu, & conſuetudine percipere volumus. Itaq; iure ob eam cauſam Se
natus promulgatiõe cauetur: ne qua Dæmonũ ad percontandum euocatio fiat: neve quis Nõ licet
eorum nomenculator ſit: neue etiam malũ carmen incantetur: quo Dæmones tanꝗ̃ ſerpẽ- vocare
tes pſylloꝝ cantu leniantur. Siquidẽ hoĩes cũ craſſius intelligentię obtutu hebeſcant: faci dęmões.
le e veſtigio conuulſi artifici vipereo nexu obligantur. Eſt enĩ Dæmonũ genus natura no- Dęmões
xiũ, Inuidię felle luridum, in fallendo vafrum, ac inſidioſum vetriculum generis humani. pñt igre
Ideoq; in hominũ corpora obrepere: ac vltro citroq; vexando concurſare ſuapte natura poſ dĩ corpa.
ſunt: nec eorum quidẽ appulſus animãtiũ genus vllũ expers videri poteſt: ni ſit cœleſti ſera Vegeta
aditus pręcluſus. Eodem accedit: ꝙ haudquaꝗ̃ eoꝝ eſt naturę negatũ: quin poſſint corpo- bilia, Sẽ-
rũ integumẽta arripere: in variaq; figurarũ genera tranſire: quo callidius improuida ho- ſibilia, ra
minũ ingenia laceſſant: vt ſæpe in diuorum pugilatu contigiſſe legimus: qui olfactu ad- tiõabilia
uentantium pręſtigias agnouerunt.

DE CREATIONE CORPORVM.

MODO autẽ ſequitur: vt de corpoꝝ ortu dicatur. Quo loco primo vidẽ Opinio
dum eſt ꝙ nec ſunt a cœlitibus tanꝗ̃ a ſecundis diis corpora effecta: nec origenis
ad multã ſontiũ Dęmonũ generata: vt Origeni ẽ viſum. In qua quidẽ Opinio
ſententia Tantus vir, ſal oẽ cõſumpſit: nec ita ſunt gradatim cõſtructa: alioꝝ.
vt alteꝝ ab altero caten⁹ gigneref: quoad ad corporeã naturã pueniref. Opinio
Nec etiam illud probaf: quod Platoni placet: vt formæ ſcilicet corporũ Platonis
ex formis a materia ſeiunctis defluxerint: quemadmodum ſi cõſtituatur canis per ſe exiſtẽs Subſtã-
nulla materię admixtione creatus: qui ſit cauſa oĩm gignendorũ canum: & Sus ſuum: & tia ſine
Bos Boum. Idemq; de omnigenum animantiũ natura intelligatur. Quæ quidem docto- materia.
rum hominum ſententię ab vno fonte manarunt. Nam cum formarum cauſas exquire-
rent: dum apros, ac vrſos perſequi non poterant: muſcas & culices venabantur. Quo

ſane loco intelligendũ eſt ꝙ oẽ coagmentatũ ex formis naturã arripit. Cũ autẽ omne ſimi
Formę le ab aliquo ſui ſimillimo gignat: perſpicuũ eſſe debet formarũ corporeaꝶ non eſſe aliã inda
corpoꝶ. gandam cauſam ex formis a materia ſecretis. Sed ſciendum potius corporeas formas non
tanq̃ defluentes ex forma a materia ſeiuncta: ſed tanq̃ materia deducta ex potentia in actũ
ab aliquo coagmentato agente oriri. Cum autem oẽ coagmẽtatũ agẽs vt corpus, ſpiritus
natura moueatur: Pręclare ſequitur corpoꝶ formas a ſpiritus natura manare: eamq; nõ tan
q̃ fuſionem eſſe formarum: ſed tanq̃ motionem ad formas videri debere: quæ in auctorem
deũ tanq̃ in principem cauſam conuerſa feratur. Illudq; etiam annectitur: in inſtitutione
rerum ex potentia in actũ tranſgreſſionẽ nõ intelligi: cũ a fabricatore mũdi Deo nullo inter
Moſes. medio rerum ſit facta molitio. Et ꝓpterea præclarus vaticinator Moſes in omni primigenũ
dierum exordio Deũ inducit ortũ rerum iubentẽ. Ex quo intelligi poteſt verbo imperantis
Dei non calce & coctilibus lateribus, exędificatum eſſe mundum. Inde inter noſtros ma-
gna eſt nata luctatio: vtrum materies incondita rerũ ſit tempore informationẽ antegreſſa.
Augu. In quo pręclarus coeleſtium arcanoꝶ pręco Diuus Auguſtin⁹ nõ putat primigenã corpoꝶ
Baſilius. materiem informatiõe priorẽ extitiſſe Baſilio autẽ Ambroſio & Caſſiodoro placet tempore
Ambro. materiam eſſe antegreſſam. Auguſtinus materiem incõditã eſſe vult quacũq; forma caren
Caſſio. tem. Ex quo fieri nullo modo poſſet vt materies incõdita tẽpore eſſet formationẽ ãtegreſſa.
Aliis enim incondita materies videri ſolet: non quę qualicũq; forma careat ſed quę formam
excludat: qua pulchritudo & formatio corpoꝶ ambitur. Salubriorũ autẽ opinio eſt a moli-
tore Deo cũcta in actu ex nihilo eſſe generata. Quidã vero vnam corporeatum rerum mate
Philoſo- riam opinati ſunt: ſiquidem ãte Ariſtotelẽ incredulũ philoſophorum genus oĩa corpora ex
phi ante rerum primordiis oriri putauit. Nam cum quattuor illorum principiorũ: vna eſſet in eadẽ
Ariſtote materia cõmunitas: vt pręclare in mutuo rerũ ortu & tabe patet: concedi ſibi volebant: vt
lem. oĩum corporũ materies vna diceretur. Cum autẽ quædã corporũ genera haud extabeſcere
Materia poſſe viderentur: eſſetq; abſurdum vt quippiam & tabeſcibile, & æternum ex eodẽ materię
vna. fermento manaret: Plato veterus ne ſibi pedicam & plagam texeret: id voluntati ædifica-
Plato. toris dei: non materię naturę tribuit. Quod quidẽ ab Ariſtotele motuum naturaliũ ratione
Ariſtot. refellitur. Nos autem vnitate ordinis, materiã incõditã vnã arbitramur: quẽadmodũ ordi-
ne corporeæ naturę, omne genus corporum eſt vnũ genus. Atq; cum inſtitutionem & mo-
litionem rerum contemplamur: indice Deo minutatim ſingula deſcribimus. Siquidem tẽ-
pus ante per ſe inconditum fuiſſe volumus. Idq; poſtea a Deo ſpacii cõuerſiõe circũſcriptũ
Tẽpus. ineunteq; æuo noctis & diei viciſſitudinẽ effectã. In quo cõfirmatur tẽpus numerũ eſſe mo
tus ſyderei coeli: & principio aliquẽ fuiſſe motum: ſed motũ ſine tẽpore intelligi non poſſe.
Inde etiam rationes afferuntur: quibus probatur inconditarũ tenebrarum remedio genera
Lux. tam eſſe lucem: eamq; primigeno die eductam: cum dies ſine luce eſſe non poſſit. Quã qui-
dem primitus inconditi ſolis fuiſſe confirmatur: quæ initio haberet illuminandi vim. Dein
de nacta eſſet circunſcriptam vim: circunſcriptos effectus cientem: eaq; negatur eſſe corp⁹.
Nõ ẽ cor Nam ſi lux corpus dici poſſet: quando digreſſu ſolis adumbratur tellus: Tum neceſſe eſſe
pus Lux. affirmatur: vt lucis corpus extabeſcat: eiuſq; materies formam aliã arripiat. Quoꝶ neutrũ
De ortu fieri certa ratione probatur. Quibus expoſitis de coeli ortu in ipſo diſtinctionis primigenũ
coeli. q; dierum ordine perquiritur. Apud philoſophos enim Empedocles coelum ex primordiis
Empedo rerum conſtare cenſet: idq; indiſſolubile eſſe opinatur. Propterea ꝙ principioꝶ conciliatu:
cles. non diſſidio eius ſit abſoluta natura. Platonicorũ quoq; canora familia, coelũ ex terꝶ princi
Platõici. piis cõſtitutũ fuiſſe voluit: nõ tanq̃ primordioꝶ foedere coagmẽtatũ: ſed tanq̃ ꝑ ſe ſimplex
Ariſtot. pricipiũ eiuſq; corp⁹ ex ignei primordii natura eſſe cõſtructũ. Ariſtoteles aũt coelum etiam

quattuor principiorum natura contineri arbitratur: ſed extra primordia quintã excogitat naturam. Si enim Platoni adhæreſcendũ eſt: minime abſurdũ videri debet cœlũ, ſecũdo ordine recentius effectum. Nam vt illi placet cõſtruere cœlũ eſt ignis primordiũ educere. Primordia enim educere: ad molientis & generantis penſum pertinet: ſed diſtinguentis & ornantis eſt munus, aliquid ex primordiis antecedẽtibus conſtruere. Ex noſtris autem Diuus Auguſtinus cœlũ quod ſit primigeno die conſtructũ ſpiritus incondita natura eſſe voluit. Cœlũ autẽ qđ vno die recẽtius editum dicatur: corporeũ fuiſſe cenſet. At religioſiſſim⁹ teſtis Beda empyreũ cœlũ primigeni diei principatu antiquius, & ſydereum ſecundo ordine conſtituit. Damaſceno vero primo ordine eductũ cœlum Sphęricũ eſſe placet: quod a philoſophis princeps mobile & nonus orbis vocetur. Eodẽq; modo quæritur vtrũ Aquę ſupra ſydera, excelſiſſima cœli parte collocẽtur? Origenes qui Platonis dorſuali nota agnoſcitur, eas ſpiritus natura eſſe opinatur. Baſilius autem ab his Cœli flagrantiam temperari putat. Vnde exorta eſt cauſa cur mathematici nullam ob aliam coniecturam ſummum Saturni ſydus gelidioris eſſe naturę arbitrantur: niſi ꝙ Aquarũ propinquitate rigeſcere credunt. Iiſdemq; placet eas Aquas nõ perennes manare: ſed quaſi ſolita quadã glacie condenſari. Et propterea a multis id Cœlũ adamãtinum & Cryſtallinum vocari dicunt. Diuus autẽ Thomas qui Phiſiologiam cũ theologia coniunxit: eas aquas corporeas eſſe ſtatuit: eorum fundamẽta cõuellens, qui aquas anhelitu & vapore ſolutas: ſupra ſydereũ cœlũ ferri volũt: affirmans hoc fieri nullo modo poſſe. Tum ꝑpter cœli craſſiſſimam ſoliditatẽ, quæ a vapore interrumpi & penetrari nequeat: Tũ propter mediam ignis naturã, quę ſit confectrix, & cõſumptrix vaporum. Tum etiam ꝙ ſenſuum teſtimonio cõfirmatur vapores vix ad montiũ cacumina ferri. Nec item multo ſecus indagatur: vtrum vnigenũ ſit Cœlũ an plures? Nonnullis ſane eſt viſum vnigenum eſſe cœlũ: confirmare conãtibus quicquid ex tota materiæ ſuę natura conſtat: id vnigenum eſſe probari: Cœlum autẽ eiuſmodi eſſe naturæ: vnigenũ igitur eſſe cœlũ. Noſtri vero, ꝗ̃ꝗ̃ variæ ſint eorum diſſidenteſq; ſententiæ: in hoc tamẽ cõgruunt: ꝙ cœli deſcriptionem tripertita ratione perſequuntur. Nã primum cœlũ empyreum nominari volunt. Alterꝝ Aqueum & Cryſtallinum vocant: tertium vtriuſq; particeps: partim cryſtallinũ, partim lucidum eſſe dicunt: quod quidem ſydereũ ſit: quodq; in octo aſtra diuidatur: in Spheram ſtellarum inhærentium: & ſeptem ſydera errantia. Scotus aũt Ptolemæum: & Auicẽnam ſequens: nouem cœlos eſſe cõfirmat. Poſt etiam inde quæſtio dimanat: Num tertio ſit ordine Aqua a tellure ſecreta? In quo quidem: Diuus Auguſtinus incõditam corpoream naturã aquæ & telluris nomine intelligi voluit: non quia incondita natura ſit informationem antegreſſa: ſed quia origine anteceſſerit: nec ſane opinatur informationem aliam alia eſſe priorẽ: ſed naturæ tantum ordine antegreſſam. Quo quidẽ ordine neceſſario confitendũ eſſe, informationẽ ſpiritus natura antiquiorẽ fuiſſe. Et quẽadmodum ſpiritus corpoream naturã antecedat: ita ſupera corpora inferioribus eſſe antiquiora. Quo loco cõfirmat ſecũdo ordine Cœleſtiũ corporꝝ informationẽ eſſe factã: & tertio aquarũ corporeę naturę datam formã. Ex quo quidẽ plærīq; arbitrant̃ fabricatorẽ mũdi Deũ cũ in ipſo creationis meditullio: a telluris gremio aquã arcuiſſet: tertio quoq; ordine ſtirpium omnigenũq; arborꝝ genera edidiſſe: vt telluris incõdita figura remoueretur: quę aquarꝝ diuortio nudata, & euelata, ſqualleret. Pręterea in diſputationẽ vocãt. Nũ primigeno operis die: An ꝗrto generata ſint aſtra. Multi enĩ in theologia populares inuẽti ſunt: q cũ dicerent ſydera vaſa eſſe lucis: lucẽq; operis principatu editã affirmarent: probare conabant̃: ſydera quoq; principe die, non ꝗrto educta fuiſſe. Cõtra quos a locupletiorib⁹, valẽtioribuſq; diſſetitur: affirmãtibus lucẽ die principe editã, ſpũs nõ corporeæ fuiſſe naturæ. Ex quo cœleſtis

Augu. Beda Damaſcenus. Nona Sphæra. Aq̃ cœleſtes. Orige. Plato Baſilius. Opinio mathematica. D. Tho. Phiſiologia. Vtrum cœlũ ſit vnum. Cœlum Empyreum. Aquæũ. Cryſtallinum. Firmamentũ. Sphæra ſtellaꝝ fixarum. D. Aug. Septem planetæ. Cœlum olympiũ Igneum. ætheriũ. Aereum Foſa itæ Quoto die ſit genita lux

D. Dionyſius. Si ſtellæ ſunt animatę. Platõici Stoici. Anaxagoras. Orige. Hiero. Augu. D. Tho.

operis gnarus Dionyſius, præclare ait lumen ſolis ante inconditum fuiſſe: & quarto ordine forma inſignitum: cenſetq; ortus principatu, lucẽ editã cõis lucis naturę modo. Sed quarto operis die, aſtra nacta eſſe vim circunſcriptos effectus cientẽ: vt videre licet in tanta effectuum diſſimilium varietate: quæ a Sole & Luna manare ſcim⁹. Et ꝓpterea inde quęſitum eſt: vtrũ aĩantia aſtra dicantur. Platone principe multi ſydera animantia eſſe voluerũt. Stoicis autem placet aſtris vim & mentẽ ineſſe diuinã. At Anaxagoræ ab Atheniẽſib⁹ eſt negociũ exhibitũ: quoniã ſolem flagrantẽ lapidẽ, nec Deũ, nec animantẽ eſſe dixiſſet. Apud noſtros vero Origenes a Platone non diſcedens animantia ſydera putauit: quẽ pedetentim & dubitanter ſubſequi videtur Hieronymus. Diuus autẽ Auguſtinus tanq̃ arbiter in re ambigua: dũ mediũ perſequi non poteſt: neutri ſententię aſſentitur. At Apollo Chriſtianorũ diuus Thomas ſcientius genus hoc totũ ratiõe aſtringit. Probat eñ diuiſiõe operũ animę: nullam corporꝫ cœleſtiũ animę conſentaneã eſſe operã: pręter intelligentiã & motũ. Dicit ꝙ animã corporib⁹ cœleſtibus nõ vt formã annecti: ſed virtutis appulſu vt mobili agitatorem applicari, quẽadmodũ ſi lagena in prono, vi pedũ impulſa moueatur. Atq; hic etiã inquiritur: Num quinto ſit ordine piſcium & volucrum edita natura. Nõnulli id genus actu abſolutũ cenſent. Auguſtin⁹ vero potentia inchoatũ putat. Hoc idem ſexto ordine de animantium terreſtriũ ortu diſputatur. In quo ab Auguſtino eadem fere dicuntur. Sed incidit contentio: vtrũ ſexto ordine reꝝ ſit abſoluta molitio. Multi eñ cõfirmare conãtur: ꝙ quicũ ꝙ opus abſoluit: aliquid omnino molitur. Cũ aũt non ſit litteris mãdatum: quicq̃ ſeptimo die Deum fuiſſe machinatum. Concludere volunt abſolutionẽ operis: ſeptimo ordini nullo modo congruere. Diuus autẽ Thomas Deum dicit ſeptimo die aliquid fuiſſe molitum: non quo quicq̃ recentius genuerit: ſed quo genita ad priuata munia obeunda induxerit: qđ quidem ſecundæ cuiuſdam abſolutionis exordio conſentaneũ videatur. Theologorum autem omniũ opinio eſt in gignũdis rebus, ſeptimo die ceſſationẽ eſſe datam. Eodemq; die effectorem & parentem Deum ſic ad genita factum. Macti auctu, ac fœtura eſtote: & propagate genus.

Ariſto. Endelechia. Queſtiones đ aĩa Pricipiũ intellectiuum. Aĩa ĩtellectiua. Potẽtiæ animæ. Intellect⁹ agẽs. Mẽoria. Appetit⁹ ſenſitiuus & intellectiuus. Paſſiões volũtas. Liberꝫ arbitrium.

DE CREATIONE HOMINIS.

SED quoniam ſpiritus & corporꝫ ſatis eſt explicata natura: reſtat vt hominẽ vtriuſq; naturæ cõpotẽ perſequamur. Cum autem de homine dicendum ſit: ab anima tanq̃ ab imperante & duce ordiendum erit. Nec enim hoc loco Ariſtotelem ſyllogiſmorꝫ Dædalum imitabimur: qui vt Endelechiã tanq̃ chimerã oſtentaret: ſuperiorum philoſophorꝫ omnes de anima ſententias exploſit: nugiuẽdos ſingulos fuiſſe oſtendẽs: & vix dignos qui ſibi in peripatũ eunti: logiſticos libellos ferrent. Nec item hic locus flagitare videtur: vt accuratius indagetur animę explicata cognitio: aut probandũ ſit Animam materię & funeris expertem, non eſſe corpus: vel diſputandũ ꝙ intelligens principium vt forma annectitur: ꝙq; homini nulla forma præter intelligentem animam inſit. Neq; etiam ſeorſũ ſunt animę diuidendę potentiæ: vel ſeparatim partiendę in ſenſus. Nec quidem modo attinet: aut agentem intelligentiam attingere, aut eorum opinionem refellere: qui in omnib⁹ vnam eſſe cenſerent. Ex quo etiam nihil eſt, cur memoriã partẽ animę intelligentis eſſe probemus: aut appetitum ſenſilem & intelligentem, omneſq; animi affectiones: & tum voluntatem, tum liberum animi motum perſequamur. Interius enim hæc non in cortice exterebranda ſunt. Eodẽq; modo diſputationes omittentur: quẽadmodũ anima corpori annexa intelligat ſi a ſpeciebus naturaliter inſitis: rerum eliciat notitiam: vt nonnullis eſt viſum. An a rebus ſenſibilibus intelligentem cognitionem eruat: vel ſi intelligẽs iudiciũ ſenſus nodo, vinculoq; aſtringat. Ac ne illud quidem in cõtẽtionẽ vocetur: ab intelligẽtia in-

terminata ignorari: ab eaq; rerum cõcretarũ notitia naturę materiæ expertis cognitionem
nõ elici. Nec [illegible]o ſecus in his quæ ad Theologiã pertinent, agendũ erit. Quę quidẽ a no
ſtris ita ſunt enodata ſubtiliter: vt iure ab his non minuti ſapientes: ſed etiam philoſopho-
rum anteſignani: vt monogrãmi & Bardi ludant. Hoc enĩ loco vt diximus principis hoĩs *De crea-*
exquirendus eſt ortus: ac imprimis animæ ꝓcreatio: genitaliſq; origo indaganda. Siquidẽ *tione ho-*
multi animã minime factã: ſed ex diuinitate decerptã eſſe putauerunt. Idq; a Moſe molitio *minis. Moſes.*
nem rerum deſcribente manaſſe voluerũt. Cũ cõfirment a fabricatore Deo ex humo cõſtru
ctum eſſe hominẽ, eiq; animam in vitalẽ ſpiritũ inſinuatã & inſitã afflatu. Cũ autẽ qui af-
flat, aliquid ex ſe omnino effundat: concludi opinabantur: vt anima quippiã ex diuinitatis
natura diceret. Quod quidem a ſanioribus arctius vrgetur. Nã cũ afflatum corporeum eẽ
negent: Nihil aliud dicunt Dei eſſe afflatũ: q̃ originẽ, & cauſam ſpiritus gignũdi. Quẽad-
modũ q̃q̃ homo corpore afflat: non tamẽ quicq̃ omnino ex ſe: ſed ex materia externa effun
dit. Quæ quidẽ opinionis prauitas: a ſuperiorũ philoſophorũ errore defluit. Pingue enim & *Philoſo-*
elixum philoſophorũ genꝰ: cũ imaginationẽ tanq̃ atrã caliginẽ perrumpere nequiret: nihil *phi ſupe*
omnino vacans corpore eſſe cenſuit: ob eamq; cauſam Deũ corporeũ eſſe ſtatuit: qui oĩum *riores.*
corporũ genitale primordium diceretur. Cum autẽ animam vt ait Ariſtoteles: arbitraren- *Ariſto-*
tur illius principis corporis natura conſtare. Confirmare nitebantur animam eſſe ex diuini- *teles. Ortho-*
tatis natura diſcerptam. Nos autem animam rationis participem ſine procreatione fieri *doxi.*
poſſe negamus: eamq; ab auctore rerum Deo nullo intermedio eductam dicimus. Q̃q̃ ori- *Orige.*
tur queſtio: vtrum ſit corpore anima antiquior. Origenes enĩ qui vnus e multis pictiſſimus *Platoni.*
fuiſſet Chriſtianorũ: niſi inter Platonicos vepres abollam, & ſãdalia dicidiſſet: ortu cœlitũ
non modo hoĩs primigeni: ſed etiã cæterorũ hominũ animas generatas eſſe voluit. Augu- *D. Aug.*
ſtinus ortu quoq; cœlitũ animã principis hoĩs generationis ordine antiquiorẽ putat: eãq;
poſtea voluntario motu corporis: tanq̃ naturalis domus imperium expetiſſe cenſet. Q̃q̃
ne hoc quidẽ ſatis cõſtanter affirmare videatur. Homo enim puriſſimus Chriſtianorum in
fœlicitatis diſcrimine, non vult pugnaciſſime ratũ habere: quod opinari poſſet. Vnde exor
ta eſt cauſa Diuo Thomę, cur a cæteris diſcreparet. Nã cũ animã corporis formã eſſe ꝓbet: *D. Tho.*
eam dicit nõ ſeorſum, ſed in corpore creari debere. In quo nõ eſt Scoto cũ illo diſſenſio. Qui
bus expoſitis cõfirmatur primigeni hominis corpus: nullo intermedio a Deo fuiſſe concre-
tum: q̃q̃ multi theologorũ exercitus calones, & lixæ, dicunt res corporeas a Deo miniſtris *Angeli*
cœlitibus gubernari. Cũq; corpus humanum corporea materia cretũ eſſe affirment: ſatis *miniſtri.*
perſuaſum eſſe volunt Deum ad humani corporis coagmentationem & fabricam cœlitũ
opera eſſe vſum. Cõtra quos triarii noſtri differẽtes, ꝓbant aliquid Deũ miniſtris cœlitibꝰ
moliri. Sed quędã tamẽ in corporea natura fabricare Deum: quæ a cœlitibus effici nullo *Reſtitue re cæcis*
modo poſſunt. Quemadmodum cadauera leti poſtliminio in vitam reuocare: aut orba- *lumen.*
tis lumina inſerere: quod Architecti & effectoris Dei proprium eſt munus. Quo quidẽ nu-
tu primigeni hominis corpus effectum & conſtructum volunt. Nec negant fieri poſſe vt in
ipſo corporis humani opere, cœlites miniſtri adeſſent. Quemadmodum in mundi defla- *Dies iu-*
gratione: & extima corporum ſuſcitatione, colligendorum cinerum miniſtros affuturos di *dicii.*
cimus. Sed negant fieri poſſe: vt ab his ſine vi ſeminis in aliam formam corpora mutentur. *Collectio*
Cum autem nunq̃ antea vllum fuiſſet ortu humanum ꝓcreatũ corpus cuius vi & gignẽdi *cinerum. Corpus*
ordine, aliud ſpecie ſimillimum gigneretur: neceſſario confitendum eſſe dicunt: principis *hoĩs*
hominis corpus, ab opifice Deo nullo intermedio creatũ. Itaq; affirmamus corporearũ re- *imediate*
rum, quoddam eſſe ſeminarium: qđ ſi tẽpeſtiuitatẽ nactum ſit: ad ſpeciei decentiam perue- *factum.*
niat: cui ab agricolis idoneorum temporum opportunitatem, & naſcendi cauſas præberi:

&quod ab agricolis palam fiat:id clam fieri a coelitibus:nihilq; inter eos intereſſe:niſi id qđ
a colonis ſatu & tēporis ꝓgreſſu fiat:id a coelitibꝰ clam & repente fieri. Ex quo intelligi vo-
lumus ex coelitū opera multa quãdoq; incredibilia oriri:quę tamē cauſaꝝ ordine, naturalia
[Angelos nō facere res naturales.]
ſunt ipſa per ſe. Iiſdemq; rationibꝰ ꝓbamꝰ pleraq; coelites mirabiliter ſupra progredientem
naturã poſſe moliri:ſed illis nō ineſſe vim naturaliū faciendaꝝ reꝝ. Poſt autē de primigeni
hoīs materia ꝑquirit. Nōnullis eñ qui plębiſcito,nō ſenatuſcōſulto theologi ſunt mirū vi
deri ſolet:cur potiꝰ ex humo,q̃ ex coeleſti materia humanū ſit effectū corpus. Nam cū coe-
[De materia corporis Adę]
leſte corpus abſolutius terreno putarēt: cūq; humanū corpus excellenti ratiōis forma inſi-
gnitū viderent: Veriſimile putandū eſſe dicebãt:humanū corpus ex coeleſti magis q̃ ex tel
luris materia confici debere. Quod quidē genus argumēti integrioribꝰ craſſius eſt viſum.
Siquidem q̃q̃ coeleſte corpus ſit terreno nobilius:dubitari tamen non poteſt: minus actui
animę rationis cōpotis cōgruere:cū aīa quodãmodo ex aduocatis ſenſibꝰ noticiam eliciat.
[Coelum nō eſt patibile.]
Quoꝝ quidē inſtrumēta ex coeleſti materia effici nō poſſint: cū coelū naturã patibilē non
habeat. Eadēq; ratione indagatur: vtrū primigeni humani corporis fabrica ex quattuor ſit
primordiorū natura conſtructa. Phyſici enim concretioni mixtionis abſolutę plus telluris
[Vtrum corpꝰ ex elemētis. Phyſici. Augu, Terra & aqua paſſibilis.]
ineſſe volunt:q; plus formę & minus materię nãciſcatur. Auguſtino autē theologoꝝ Deo
duo placet eſſe primordia rerum:quæ patiendi neceſſitatem habeãt:tellurē ſcilicet & aquã
& duo quę ſint ad agendū educta, Aerem & ignē. Et quoniam ex his patiendi ratio efficit:
tellusq; ex omnibꝰ patibilē magis naturã nanciſcatur:facile intellectu eſſe ait primigenum
humanum corpus telluris eſſe materia cōcretū. Quã quidem ſententiam omnis ſalubrioꝝ
coetus:tanq̃ Theologiæ pontem tuetur. Atq; inde eſt ad totam hominis figuram, fabricã
q; tranſitio. Nam cum multa in homine mirabiliter effecta miremur:tum maxime artificio
ſi operis deſcriptionem contēplamur:rationeſq; phyſicas inducimꝰ:quibꝰ ꝓbaī tantã diſ-
[Corpis figura. Organa corpoꝝ.]
ſimiliū inſtrumētoꝝ varietatē aīæ gratia eſſe perfectã: ſiquidem cū aīa ſit multaꝝ rerū effe
ctrix:quas ſine corpore tanq̃ inſtrumēto perſequi nequiret:neceſſe eſſe affirmamus: vt to-
to corpore inſtrumētoꝝ ſumma ſit intexta varietas:quo diſſimilitudini potētiæ, & munerū
animę inſtrumentorum diſſimilitudo cōgruat. Sitq; cognatio inter mobile corpus & ani-
mam motricē. Quod quidē ꝑclare patet:ex earum rerum motu, quę extra animam cernun
[Anatomia. Medici. Cellę ſenſuū interiorum.]
tur:cum anima ſit principium variorum ſuſceptibiliū ſenſuum: quos ſine inſtrumentoꝝ
varietate:complecti nullo modo poſſet. Præclare enim hæc medici patefaciunt: qui Ana-
tomiæ ſcientia manu iſta articulatim diſſecta contrectant. Docentq; capiti tanq̃ arci tres
annexas eſſe ſedes:in quibus ſpeculatrices animæ potentiæ excubarent:eaſq; ſenſum com
munem phantaſiam, rationem, & memoriam nominant. Quarum ſenſus communis,&
phantaſia ſint incolæ ſincipitis:ratio in meditullio capitis habitet:& memoria occipiti an-
nectatur. Quas quidem ſedes: ventriculos hoc interualli ordine interiectos eſſe dicūt:quę
inter ſe habeant ductas & exterebratas vias: quo vtrinq; commeare poſſit perceptarum re
rum tabellaria cognitio: ab hiſq; extrinſecus ad figuram hominis contemplandam diſce-
[Hois figura.]
ditur. Quam a parente Deo celſam & rectam ob eam cauſam informatam,& conſtitutam
fuiſſe probatur:quo tanq̃ princeps inter omnia animantium genera internoſceretur; eſſet
q; ſpectatrix ſuperarum rerum: cum perſpicuum ſit:idem in ſpiritu amorem, ac pondus in
[De paradiſo terreſtri. Damaſcenus.]
corporibus exiſtere. Corpora enim natura deorſum ſuopte pondere feruntur. At huma-
num corpus cum ſit domicilium ſpiritus: natura ſuperiora appetit. Ex quo quidem no-
tum adagium illud exiſtit. Eodem amorem,& oculos concurrere. Atq; ex hoc etiam eſt or
ta contentio: quænam primigeni hominis ſedes extiterint. Grauiſſimus auctor Da-
maſcenus has ſedes velut Elyſium nemus deſcripſit. In quis ſemper clarere & niteſce-

re ait Coelum:cuncta odore fragrare: & hybernis,a ſtiuiſq; frugibus,pratoruq; veſtitu florere. Ioſepo autem,qui ſolus prope ex Iudęis gręcorum flumina nando tranſmiſit,eas ſedes ad orientem ſolem conſtituras eſſe placet. Cui prorſus celtiber Iſidorus aſſentitur. Is enim harum ſediũ ingreſſus poſt hominis pollutam naturã flammarũ mœnibus occluſos,& obſtructos ſcribit. At theologumenon librorum Beda interpres,rem in dimicationem adduxit. Probare eñ conaẽ has ſedes ad orientem circũfluo oceano,& montibus ab ea parte obiectis contineri:quæ ab hominibus habitatur. Eaſq; ait ita a domicilijs noſtris eſſe ſemotas, ſublimeſq; ferri:vt orbem globumq; Lunæ pertingant. Ex quo multis cauſa fuit:ab eo deſciſcendi. Nã cũ Luna rigoris effectrix dicatur: veriſimile putandũ eſſe volebant: vt ſubiecta ei quoq; & finitima regio rigeſceret. Quibuſdã etiã nullo modo fieri poſſe viſum eſt: vt hæ ſedes altiſſima telluris parte collocentur. Siquidem ſi fieri hoc poſſe diceretur: concedi etiã volebant:vt harum ſedium infœcunda natura diceretur:quandoquidem montiũ altitudines ſolis flagrantia,& ardore torreanẽ:qui ex tellure vbertatẽ hauriant. Quod quidem minime harum ſedium fœcunditati conſentaneum eſſe dicunt. Maior autem pars eo defertur vt eam terrę partem tẽperatam velint:idq; affirmant ex noctiũ & dierum æqualitate oriri, quemadmodum his accidere videmus,qui terras ad orbẽ æquinoctialem colunt. Vmbræ eñ nocturnę cum lucib⁹ æquentur:Dierum feruidam naturã tepefaciunt. In qua tamẽ ſententia Scotus, Alexandro, Nicolao Boneto, & magno Alberto calcar adhibuit. Quo etiã loco probatur a nobis Hominem Dei eſſe ſimulacrum:non quidem abſolutum ſimulacrũ: ſed tanq̃ ad ſimilitudinem expreſſum: negamuſq; primigenio homini Deũ notũ fuiſſe de facie:niſi ſopito ei,& phantaſmate ſeuocato Deum viſum eſſe cõcedamus. Nihiloq; ſecius inquiritur:an primo naturę tyrocinio ei eſſet oĩm humanarũ rerum inſerta noticia. In quo affirmatur nouiſſe eum fundamenta neceſſariarũ rerũ: quatenus ſcilicet ratio aſſequi poſſet humana. Occultas autẽ meditationes hominũ & pręſenſionem rerũ futurarũ nullo modo conſecuturũ fuiſſe. Illudq; etiam adiungitur:eũ ante noxam animantiũ omniũ adepturum fuiſſe principatum,feriſq; etiam pecudibus,vt bobus iuga & onera impoſiturum.

Ioſepus. Iſidorus. Beda. Luna. Paradiſ⁹ tẽperatus Regio ęquinoctialis. Homo Dei imago. Hõmini me pręſcius futuri. Hõ princeps aiãntium.

DE HOMINIS STATV ANTE PECCATVM.

QVibus quidem cognitis: p̃ximũ eſt vt de Hominis ante noxã ſtatu diſſeratur. In quo illud primũ quærendũ erit. Num incolumi natura homo eſſet futurus æternus. Sunt eñ multi qui negẽt vitalis arboris eſcã, quæ eſſet homini ad veſcẽdũ data,cauſam immortalitatis futurã fuiſſe cũ nihil cõtra ſuã ſpeciẽ nitaẽ:q̃nquidẽ effectus cauſa nõ egrediaẽ. Cũ autẽ lignũ tabeſcibile diceret (nec eñ alit in alimẽtũ exteri,& molliri poterat) perfacile volũt iudiciũ eſſe:ab eiuſmodi vitali edulio ęternitatis cauſam nõ oriri. Idq; ad corũ cõmẽtitias fabellas referri poſſe dicũt:q bellisſime in Phyſicis ab Ariſtotele ludanẽ:q induceret Deos vitales q̃ſdã epulas ſentare:q eorũ ĩmortalitatis cauſa forẽt. Ad quã quidẽ ſententiã plęriq; gregatĩ tanq̃ gracculi ad turrim deuolãt. At egregiũ par Ducũ Auguſtinus & Diuus Thomas,quaſi nudo pede ingrediaẽ, verẽtes ne inter ſalebras digitos detũdãt: hoc idẽ ſenſim & pedetẽtim p̃ſequitur. Nã cũ homini cõtra duo quę deſunt totidẽ p̃ſidia adhibita eſſe videãt:primũ q̃d deeſt,humoris iacturã eſſe dicũt ex caloris actiõe natã. Cui quidẽ cęterarũ arborũ eſu occurri potuiſſe opinanẽ:vt nos modo dapib⁹ vitã corpuſq; tuemur. Alterũ ob id ipſum eſſe volunt: q̃ quẽadmodũ aqua vini ſextario admixta,primũ meri naturam adulterat:tũ quo crebrius & largi⁹ adijciẽ, eo liquidius vim eius referuefactam diluit; ſenſimq; aqueam extenuando efficit. Sic idcirco perſpiciunt, q̃ primũ ſpeciei actio

Vtrũ hõ immortalis. Ariſtoteles. Dii. D. Auguſtinus. D. Thomas. Duo defectus.

tantũ roboris habeat, vt nõ modo ſit alimẽti detracti reſtitutrix: ſed etiã incremẽta ſuppe-
ditet. Poſtea vero quodcũq; gignaẽ, nõ quidẽ incrementũ addat: ſed tantũ detracta reſtitu
at. Atq; eo tandẽ decurrere ſenii naturã putãt: vt ne huic quidẽ reſtituendi muneri, opitu-
lari poſſit: ex quo neceſſe euẽturũ ſit, vt corporis diſſolutio & interitus ſequatur. Itaq; cõtra
hanc fraudatã debito partẽ, arboris edulio, vitã ꝓpagari potuiſſe arbitranẽ: q; ipſa vitalis ar
boris natura, nacta eſſet vim ſpeciei roborãdę cõtra imbecillitatẽ ex aduentitia admixtiõe
manantẽ. Cuius quidẽ ſentẽtię imas fibras, Scotus abſcindit: atq; in cãpũ & puluerẽ ꝓgreſ
Scotus. ſus, hoĩs vult tabeſcibilis fuiſſe partes, ſed nõ tamen ipm̃ tabeſcibilẽ futurũ, cũ ante occaſũ
Vgo de ſancto victore. iturũ eũ fuiſſe in cœlũ arbitreẽ. Magni aũt hoĩes Vgo Victori⁹, Alexãder ales, & qui ſentẽ
tiarũ ſelectum interpretando exacuunt: hominis immortalitatẽ, nõ ex natura, ſed ex adie-
Alexander de ales. cta gratia, naſciturum fuiſſe volunt: quæ ſit ob pollutã naturã amiſſa, immortaliq; naturæ
ſit attexta mortalis. Nec itẽ minor contentio exoritur: Num ante noxam homo in cœliba-
tu eſſet generandi facultatem habiturus. In quo quidem græci, quo ſubtilius cõtra noſtros
Interpres magiſtri ſentẽtiaꝝ. ſcribant: pumice calamos exterunt. Nam dum commiſcẽdorum corporum fœditatem
reſpuunt, quaſi auguſtius hominis ortum inchoarent: propagationem ſobolis tanq̃ cœli
Vtrũ generare potuiſſent ſine coitu. tum, ſine venere futuram fuiſſe cenſẽt. Nos autem negamus res naturales dari, aut adimi
poſſe peccato. Cumq; hominem animali vita metiamur: intelligi volum⁹, commune fuiſſe
hominum naturæ ex venere procreandi munus. Idq; ex membrorũ partibus declarari, quæ
Greci Latini. eſſent ad naturæ neceſſitatem datæ. Atq; abſurdum etiam videri, quicq̃ partium in homi
ne a natura fabricatum, quorum non eſſet neceſſari⁹ vſus futurus. Nam & veretra & ingui
na fruſtra a natura effecta putari debere dicimus, niſi ad procreandi vſum data dicerentur.
Sed ſobolem tamen ſine veneris flagitio propagari potuiſſe affirmamus: cũ partes ad pro-
creandi neceſſitatẽ factę, nõ irritarenẽ obſcœnius, ſed ſuapte natura vt cætera mẽbra ſine li
bidine mouerentur. Quandoquidẽ rationi vt duci morigerarẽtur. Ex quo ſententiaꝝ prin
Magiſter ſentẽtiaꝝ. cipi cauſa videtur fuiſſe, cur nõ ſecus mẽbra coitura fuiſſe cenſeret, ac manus ori admouen
tur. Quam quidem ſentẽtiam clariſſimoꝝ interpretum cœtus, verens ne lupum auribus
Interpres magiſtri cõtineret: euolutã, & refutatam retexit. Nam cum parum conſentaneum videretur, vt ſerẽ-
dę amplificandęq; naturæ opera ſine voluptate conficeretur: voluntario obſequio voluit
ſine ęmula laſciuia vtriuſq; obeundum fuiſſe munus, ſublataq; libidinũ face genialem torũ
ſternit, eorum procreandi cauſa, qui præclara quadã conditione ad Dei cultũ gignerentur.
Vtrũ ſtati ãbulaſſet In quo etiam queri ſolet: quinam ante pœnam ſontium, liberi naſcituri fuiſſent. Multis enĩ
viſum eſt infantes ſimul ac nati eſſent cõmendatiõe naturę mẽbroꝝ compotes futuros. Si
quidem cum quędam animantiũ genera, ita primo ortu abſoluta cernerent: vt non modo
ingrediendi facultatem habeant: ſed etiam quacunq; matres perſequantur ipſa per ſe: cũq;
in homine viderent cæteroꝝ animantiũ ineſſe principatũ, confiteri eſſe neceſſe dicebãt: ho
minẽ primo naturæ ortu oĩm mẽbrorũ vſum conſequuturũ fuiſſe. Perabſurdũ enĩ eſſe ho-
minem rationis cõpotẽ quẽ nullũ vnq̃ ſcelus inquinaſſet: in corporis ingreſſu manibus vt
pedibus vti: vt modo anniculos infantes manibus repere, nec niſi in ploſtellis rectos ingre-
Pcc̃m̃ originis di videmus. Qđ quidẽ malũ, ad eã pœnã referre conanẽ: qua humanũ plecteretur genus.
Quo cognito, maxime veriſimile eſſe pueros ante pedicas lethalis mali, commendatione
naturæ ingrediendi habilitatẽ adepturos. Ac ſine corporum tegumẽtis, ſine tectis, ſine cul
citra plumea, ſine cõditis deniq; obſoniis fortunatiſſime victuros: cũ ſua ſpõte ſuppeditatu
ra eſſent (vt ait ille) cibũ pueris, veſtẽ vapor, hęrba cubile. Qui aũt Phyſiologiã perſequun
Cerebrũ humidiſſimũ. tur, negant naturę congruere vt primo ortu pueri ingrediendi facultatẽ nãciſcerenẽ. Nam
cum in homine cerebrum humidiſſimũ, & corporis comparatione maius q̃ in cæterorum

animantiũ genere eſſe probent:facile confirmant magnitudine humoris & ponderis,pueriles neruos,qui ſint agitationis inſtrumenta,ad corporis actionẽ mouere membra nequire. Itaq; ſi quibuſdã animantiũ generibus,ſimul ac nata ſint,gradiundi facultas data dicat:id ariditate cerebri,non naturæ pręſtantia accidere:cum perſpicuũ ſit quędã etiã abſolutiora animantiũ genera primo ortu expertia eſſe mẽbrorũ vſus.Ex quo concludi nemini eſſe dubium,quin Dei nutu fieri poſſet,vt primo ortu pueri eſſent membrorum compotes futuri. Sed probabilius eſt hominẽ quoquo verſum rectum eſſe formatũ,eamq; rectã mẽſionẽ in abſoluto corporis obſequio cõſiſtere.Et quẽadmodum incolumi natura nihil eſſe in membris quod hominis voluntati obſiſteret:ita nihil eſſe quod deeſſet. Sed cũ in homine volũtas tanto ordine nitatur,q̃ ad actiones naturæ congruẽtes pergit: fatendũ eſt non eſſe eaſdem cuiuſcunq; ætatis actiones.Quod cum ita ſit:Sequit̃ minime pueros primo ortu ad qualeſcũq;,ſed ad ætati tantũ conſentaneas actiones mouendorũ membrorum facultatẽ habituros. Eodemq; modo de ſcientia hominis ante noxam,De iuſtitia,de ratione,de affectionib⁹,de virtute indagatur:Quę quidẽ prętereunda cẽſemus,cum ad potiora pergamus.

De ſcientia primi hominis
De iuſtitia.
De rõne
De paſſionibus.
De virtute.

DE PECCATO PARENTVM ET ORIGINIS.

HOc autẽ loco perquirẽd⁹ eſt Phaethon,generis humani. Nam cũ ſatis ſere de incolumi natura explicatũ ſit:reſtare videt̃, vt de ſontiũ hominum noxa indagetur.Duplex eſt igit̃ huius viperei mali tabes, Vnũ gen⁹ eſt in quo a perſona natura inquinat̃:Alterum in quo perſonam natura contaminat.Quo quidem humanũ genus tanq̃ natiuo quodã morbo vexatur.Sed quoniam vtriuſq; peccati,magna eſt quæſtio:ab eo ordiendũ arbitror,quod eſt ordine prius.Itaq; primũ videndũ erit: Nũ id a tumente ſuperbiæ malo manarit.Multi enĩ qui ſe mirifice litteroſos putant,ratiũculas afferũt:quibus id ab adipiſcẽdarum ſcientiarum cupiditate,non a ſuperbia ortũ eſſe volunt.Nam cũ a ſonte Dæmone dicant homini promiſſam ſcientiam eſſe rerũ,eius conſequendæ deſiderio flagraſſe,non ſupbia tumefactum eſſe hominem.In quo non vident ſcientiarum cupiditatem a pręſtãtię appetitione oriri quę a ſuperbię malo naſcat̃.Atq; rurſum alii hoc,edacitatẽ,alii deceptionem & fraudem,quidã etiam Auaritiam eſſe confirmare conati ſunt.Quorum quidẽ argumentorum exilitas,quoniam celeriter,vt auri bractea perrumpitur:iure eſt hoc prętereunda loco:neruoſius enim & verius probamus ad vnum peccati genus,multa affectionum genera confluere. In quibus quidem illud princeps videri debet, quod rata ordinis menſione egreditur. Atqui perſpicuum eſt prius affectiones rata ordinis menſione egredi,q̃ motus corporis extrinſecus.Cum autem in affectionibus prius appetitus ad finem,q̃ ad id,qđ propter finem quęritur,inflammati rapiant̃:fatendũ eſt in eo princeps hominis peccatũ cõſediſſe:in quo ei⁹ rei princeps appetitus eſſe potuit,quę eſſet rati ordinis egreſſio. Cum aũt ante noxam hominẽ ita genuiſſet,& ornaſſet Deus,vt nullum admiſcuerit ſenſuũ, & ſpiritus diſſidium: Pręclare ſciri poteſt,minime eam ratæ menſionis egreſſionem fuiſſe,qua homo ſenſile quoddam bonum expeteret: Ad quod corporis appetitio citra ordinis terminos contendit.Sed intelligi debet in hominis appetitu eã tranſitionẽ fuiſſe, qua quoddam ſpiritus naturæ bonũ expeteret. Quod quidẽ minime citra rati ordinis fines optaſſet,ſi ad perpendiculi diuini menſionẽ cõcupiſſet.Ex quo cõcludi neceſſe eſt primã hominis perniciem fuiſſe,qua quoddam ſpiritus naturæ bonũ,ſupra menſionis ſuæ typum optauit. Quæ audax animæ vſurpatio,elationis eſt,& ſuperbiæ maxime propria.De originis autem tabe ſumma eſt opinionum varietas,hominumq; diſſentio:ſiquidẽ Pelagiani & Manichæi chriſtianorum carcinomata:vt canes qui lorum quo alligantur abrodant:hoc originis ſtigma

Peccatũ parentũ.
Peccatũ originale
De appetitu ſciæ
Primum pctm̃ ſuperbia.
Vtrũ gula.
Vtrum fraus.
Vtrũ auaritia.
Paſſiões pathos.
Senſus
Spiritus
Peccatũ originale
Pelagiãi
Mãichæi
Hęretici.

humano generi iniuſtum fuiſſe, negant. Noſtri autem qui in eorum libris ne manum quidẽ
porrigendam putant: niſi in iis atramento lineas tranſuerſas ducant: ratione certa enoda-
Durand⁹ tius hoc totum indagare volunt. Nam in theologia magnus meditator Durãdus, dũ hoc
portian⁹. culpa an peccatum dici poſſit inquirit: prius quęri oportere putat: an volũtarium dici poſ-
ſe videatur. Itaq; placet illi id eſſe voluntarium, quod noſtræ ſit, aut alienæ voluntatis. Cũ
autem in promptu ſit, id magis eſſe voluntarium quod in noſtra, q̃ quod ſit in aliena vo-
luntate, cum aliena voluntas dici noſtra non poſſit: concludi oportere arbitratur: id malũ
voluntarium, non ex noſtra, ſed ex primigeni hominis voluntate oriri. Doctiſſimus autem
omnium Scotus hoc ipſum originis iuſtitiæ ademptionẽ eſſe putat. Guillerm⁹ vero Ochã
verens ne dum rus ſententiarum ſarrit: ſemen cum herba euellat: id quæſtionis gen⁹ incul
Grego. Arimi. tum relinquit. At Gregorius Ariminenſis: Cui modo multi de via decedunt: hunc inhęrẽ-
tem morbum: Aegrotationem, & appetitionem inſititiã eſſe cenſet: Qua homo actu ad ex
petendum rapiatur. Idq; ita a ſententiarum principe intellectũ eſſe voluit. Qui Diui Pau-
li diſciplinam ſequatur: appetitionem originis eſſe malum deſcribentis, nõ tanq̃ appetitio
De baptiſmate nem actum expetentem: Sed tanq̃ angorem & ægrotationem naturæ. Nec aũt negat Ho-
mini ante vitalis Chriſtiani laticis aſperſionem originis iuſtitiam defuiſſe. Sed eam defectio
Peccatũ mortale. nem ita diffinit vt non originis malum, ſed effectum velit: quemadmodum ademptio gra
tiæ ſit effectus capitalis mali. Id eſt, quemadmodum ob capitale malum homini gratia adi
matur: ſic vult ob originis labem ab opifice deo animabus originis iuſtitiam non ſeri. In
quo quidem affirmat eiuſmodi malum, in anima ex molli & eneruata appetiõe oriri, quod
ex flagranti & ſalaci quadam parentum venere in conceptu, liberorum caruncula arripiat.
Durãdus Sed exoritur repente Durandus, qui ſententiarum principem eiuſmodi tabem ſenſus & ra
Alexan-der ales. tionis diſſidium nominantem, materiæ non formæ naturam attigiſſe opinatur. Alexãder
autem ales, paulo antiquior, ſed in Theologia ſincerus & ſanus, cum id cœnum culpa &
mulcta diffiniat: ab alia cauſa culpam, ab alia mulctã manare arbitratur. Mulctam enim ex
morboſo quodam carnis mucore oriri putat, qua nõ ſecus anima dum infunditur inquine-
tur: ac vinum lagenæ mucore vapidum afficitur. Multi vero theologorum ſpadones cum
Alia opi-nio. id in quo anima rationis particeps conſiſtit, metirentur: Animam rationis compotem
cum ſemine in ſobolem tranſfundi putauerunt: Ac ita ex inquinata anima, tinctas, & con-
Alia opi-nio taminatas animas defluere. Alii quaſi ex horum errorum manubiis aliquid probabilius cõ-
ſtruerent: Culpam animæ parentum æque dixerunt in ephebonũ ſobolem transferri, ac cor
poris morbi ingenerantur: quemadmodum ſępe liberis aliqua ſeminis tabe podagræ, & Ele
phantię, gentilitia contigit hęreditas, q̃q̃ ea tabes, nec podagra, nec Elephantia vocet. Di
cuntq; animæ culpam eo prope modo ſeminis tranſitione tranſfundi, q̃q̃ ſemen actu mini-
Cõtra o-piniones me ſit culpæ naturæ ſubiectum. Qui autem ex orcheſtra populum theologorum in angu-
ſtias compelli ſpectant: negant hæc argumentorum genera ita poſſe connecti, vt præclare
doceant hoc originis nexu ephebonum ſobolem aſtringi. Nam q̃q̃ corporis morborũ, quæ-
dam genera in liberos manarent: ac rurſum etiam corporis habitu, quidam animi morbi gi
gnerentur: quemadmodum ſępe ex inſanis inſani gignuntur, ab hac tamẽ originis infirmi-
tate culpam excludi putant: cum eiuſmodi naturę ſit: vt voluntaria omnino dicaſ. Ex quo
etiã illud adiungitur. Q; q̃q̃ anima rationis compos, ita in ſobolem dimanaret: vt inquina
Opinio ſana. tio animarum liberorum, minime in eius voluntate cõſiſteret: Neceſſe eſſe arbitrantur, vt
natura culpæ, ad mulctã coercentis liberetur. Ex quo cauſa data nobis fuit cur dextrorſum
argumenta retorqueamus. Nam cum hominum vniuerſum genus hominis nomine, qua-
tenus cõgruunt naturæ metiamur: Quicquid hominum a ſeminario primigeno profluxit

tanꝗ vnius corporis membra arbitramur.In hiſq; ſimilitudinē adiungim⁹:vt ſi man⁹ panē
aut lapidē iactarit:nō id man⁹,ſed aīę volūtat[eſſe dicim⁹:vel ſi man⁹ hoīem occiderit:mi-
nime volumus ei ſuccēſeri debere:ſi per ſe,vt corpore ſeiūcta expēdaẜ.Sed ſuccēſendū eſſe ċē
ſem⁹:ſi tanꝗ quicꝗ hoīs expēdaẜ:quod a principe agitationis auctore moueẜ. Qua ſimilitu
dinis collatione cōfirmam⁹ hāc tabificā mali luē hoīm non eſſe voluntariā:ſed a primige- De ſubiē
ni parentis voluntate manare.Eodemq; modo inquiriẜ vtrū id in quo hoc originis malum ctiōe pctī
inſidit:caro an anima dicaẜ. Plęriq; eñ cum diſſidiū quo ſenſus a ratione diſceſſit: ab hac originalꝯ
originis tabe manare dicerent:eiuſq; diſſidii fibras maxime carni ineſſe contenderent: con- Opinio
cludere volebant: id ipm in carnis concretione conſiſtere.Diuo autem Anſelmo videri ſcio Anſelmi
haud ſecus ſemen,ac ſputum & ſanguinem inquinari.Nec quicꝗ putat eſſe cauſæ ſi ex his
corpus animale fingatur:cur eius inquinatu anima contaminari poſſit.Quē ſubſequēs ſic-
ca nare mirifice odorus Scotus:negat carnem quę ſeritur a veneris flagrantia in ſatione in- Scotus.
quinari.At magnus clientum Aquinatū coetus cauſarū diffinitione probat ſemē quemad Thomi-
modū ſit inſtrumenti cauſa humanæ naturæ ſerendæ:ſic inſtrumenti eſſe cauſam hui⁹ ori- ſtæ.
ginis tranſfundendi mali.In qua quidem ſententa tuēda,vnus e mult[Toloſanus Capreo Capꝰolus
lus maxime cū Scoto & Durando luctaẜ.Ea aūt ꝗ ad ſontis Dęmonis irritationē pertinent
hoc loco omittimus.Eſt eñ ſatis exploratū ab imperante Deo latam eſſe legem quæ ſic iu- Tētatio
beret. Arborē hanc ne libanto. Qui libarit capitale eſto.Notūq; eſt omnib⁹ arbori implexū Dęmōis.
colubrū melle lito affatu hominē ad delinquendū pellexiſſe.Ex eoq; inquinata puritate:re- Expulſio
ceſſum & fugā eſſe factā nataq; genera malorū.Et quoniā ob violatā legē duo ſunt peccati Adę.
genera patrata:vnū quod primigenū parentū nominaẜ. Alterū quod generatim in liberos
diffunditur:de vtriuſq; animaduerſione dicendū erit.Itaq; primo intelligendū eſt fœminā
tria ſecū mulctarū genera detuliſſe:Quarū vna in grauiditatum multitudine: altera in per Poena
peſſione dolorū:tertia in ſeruitute cōſiſtit.Cum aūt ſit duplex Animę cognitio:vna ꝗ eſt ra mulieris.
tionis compos:altera ſenſibilis.In altera violatę legis vindex De⁹ fœminā ad parēdi neceſſi Geneſis.
tatē abiecit:in altera puerperii multitudinē cū angore reliquit. Viro autē multiplex eſt quę Multipli
ſita pnicies.Quarū vna eſt bonorū ereptio.Altera inuectio malorū.Earū vna eſt qua a vita- cabo ęrū
li arbore arceẜ.Altera in telluris execratiōe poniẜ.Optimarū eñ rerū amiſſio eſt iactura cau nas.
ſę incolumitatis vitę:& ex domicilio voluptario receſſus,& fuga.Malorū autē inuectio eſt: In dolore
æque in vita:ac in obitu diſtinctio mulctarū:vitæ eñ incōmoda dicuntur cultus aruorum paries
telluris altricis infoecūditas,& vict⁹ egeſtas.Ad ꝗ quidē vitæ pſidia capeſſenda: Altera cū Poena vi
lana & colo accedit:Ali bipaliū & marrā arripit. Illud aūt qđ ad obitū ptinet neceſſitas eſt. ri.
Quę hoīes in leti fauces: & orci tenebras detrudit.Idq; pclare ex pelliū amictu declaratur: Geneſis.
Quorū cōlectu eſt mortis fato admonita humanitas:& tanꝗ corporū inſinuat⁹ interit⁹ cū Audiſti
altera nō cū tunica talari,& palla,nec alter cū paludamēto,& trabea:ſed cōſcientiæ pudore vocē vxo
pellibus tantū ingrederenẜ amicti homulli.Ei⁹ aūt inſiti mali:qđ generatim in ſingulos di- ris tuę.
manat:Tria ſunt genera poenarum. Vnum quod a prolapſione incolumis naturæ recupe-
rari nō poteſt.Alterū defectio bonarū rerū. Tertiū qđ minime ab homine tantum reuocari
poteſt. Quartum alię ad animam:aliæ ad corpus pertinent.Ex his enim quæ ad animā di-
riguntur:tum difficultas indagandi veri:tum animę appetitiones colligūtur. Quarū aliā
ignotationis craſſa caligo:alias ad malū inſita pcliuitas inſequiẜ.Procliuitas biptito diſtri-
buiẜ. Vna in qua feſtine prouehiẜ ad malū.Altera in qua ingraueſcentes ęgrotationes inue
terafcunt.Corporis autem tripertitę ſunt mulctę.Nā aliæ extra animā cernūtur:Aliæ quæ
ad animę corpore diſceſſum pertinēt:Quędā quę ante exceſſum irrogātur.Primum genus

eſt quo corpora hominũ telluri matri in humum conuerſa reddũtur. Alterum eſt, quod vitę occaſus, & leti falx rapax, nominatur. Tertium quod famẽ: ſitim: ęſtũ: tabem & id genus vno cõplexu continet. Quibus luendis, damnatũ genus, tanq̃ peſtifero quodam morbo tabeſcit. Eodemq; modo id eſt perquirẽdum vlcus quod a parentibus in ſobolem imitatione manat. In quo quidẽ diffiniendo ſumma eſt diſceptatione pugnatum. Nam multi peccatũ
Ambroſius. ſublatis externis voluntatẽ prauã definiunt. At litteratiſſimus theologorum Ambroſius, peccatum eſſe ait cõtumaciã a, lata Dei lege deſciſcentẽ. Nonnulli vero peccatũ eſt inquiunt voluntas, iuſtitia aduerſante tenax. Sententiarum autẽ principi placet peccatũ int⁹ &
Magiſter ſniarum. foris eminere. Itaq; intelligendũ eſt perinde eiuſmodi tabe animam: ac elephãtia corpus inquinari. Scitum eſt enim illud homines humanã naturam delinquendo exuere: propterea q̧ a rata rationis menſione deſciſcunt. Sed quoniã peccato gratia adimit̃: facile erit intelligi: alterũ ab altero oriri: in finiſq; ſocietatẽ vocari: quemadmodũ ſi quiſpiã vlciſcendi cauſa hominẽ occiderit: in iracundię finem homicidium acceſſit. Eodemq; modo procliues naſcẽdi cauſę dimanant: cum peccato tanq̃ igni materia ſuppediat̃: vt facile in promptu eſt: venerem ab incontinentia & diſcordiam ab auaritia defluere: quare ſciri omnino debet, ſcelus ſceleris eſſe poenã: quãdoquidẽ culpa poena dicat̃. Eodẽ accedit q̧ quędã crimina, quędã ſecum appetitionũ genera ferunt: quibus aut ęrumnæ excitantur: aut corpora perturbant̃. Fas eſt enim eos videre: qui vel ira efferueſcunt: vel flagrant odio: aut inuidia turgent: quo vultu, qua voce, quo ſtatu perturbãtur. Atq; ob eã cauſam iure intelligi poterit: nephariis hominibus ab vltore Deo mulctam irrogari: quandoquidem poenam gratię ademptionem eſſe dicamus: Facileq; licebit eorum rabularũ deteſtari inſcitiã: qui cõtractius prouidentiã aſtringentes: affirmant nullam habere rerum humanarũ procurationẽ Deum. Itaq; pręclare hoc loco, a noſtris de voluntate: de ſynteresi: de ignoſcibili & capitali: ac de omnibus criminũ ſtirpibus & fibris diſputatur.

Finis Secundi ſententiarum.

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI APOLOGETICVM PROOEMIVM IN LIBRVM TERTIVM SENTENTIARVM AD IVLIVM SECVNDVM PONT.MAXIMVM.

CVm multis in reb⁹ veritatem Chriſtianam Pont.Max. Tum pręſertim in aduerſariorum oppugnatione ſplendeſcere videmus. Siquidem contrarii vnius notitia: alterius perceptio eruitur. Quemadmodum quibus notum eſt album: continuo etiam ab his atrum pernoſci poteſt. Nam ſi volum⁹ ſingulorum Dogmata recenſere: facile reperiemus quantũ ſit hominum lippitudo in veri ignoratione verſata. Etenim illi ipſi Philoſophi cum naturæ admonitu aliquid extra cõſpectum mal⁹ eſſe ſuſpicarent: quaſi anguſti animi videret vitę contentũ eſſe terminis: Confidẽtia viriũ humanarũ perquirebant Finẽ: cumq; ſenſuum prǫſidiis indagare conabant. Tanq̃ oĩs noſtra cognitio oriretur a ſenſibus. Parũ intelligens improuida Mortalitas: Naturã diuinã ſub eorũ ſenſus cadere non poſſe. Qui concreta caligine offuſi, ad ſolis ſplẽdorẽ hebeſcerẽt: & quod nõ caderet in ſenſus, ab intelligẽtia percipi non poſſe: niſi quatenus Cognitio e ſenſibus erueretur. Itaq; ieiuna auiditate diu in exquirẽda Fœlicitate verſati: quanto ingredi nitebãtur interius: tanto retrorſum viciſſim reiecti reflatu ferebãtur. Quandoquidẽ Natura prius videretur ſtatuendũ eſſe de fine. Qui cum eſſet ſupra intelligentiæ complexũ, ſupraq; Mortalitatem conſtitutus: intelligi neceſſe erat: occultiſſime etiam abdita fuiſſe intermedia: Quibus homines ad finem bonorũ ducerent. Quod cum ita ſit: facile apparet ſine ęthereo hauſtu mentis humanæ naturam effœtam exaruiſſe: nec ſecus intermouiſſe finem: q̃ qui noctu iter facit. Cum procul aliquid eminẽs aſpexerit, oculorũ errore deceptus: Vrbẽ a monte nõ ſecernit. Q; ſi nullus eſt ab his fœlicitatis certus conſtitutus limes: Q ñnam religionis genus conſequi potuerũt, q̃ eſt ad fœlicitatẽ iter! Atq; notum quidem eſt a Philoſophorum errore ad imperitũ vulgus ſuperſtitionẽ colendorũ Deorũ emanaſſe. Nam quaſi ex cœli motu ſatis numinũ explorata cognitio videret: ex eorũ natura commẽti ſunt deos. In quo quis non videt q̃ inſulſa ſit deliratio hominum opinãtium, fingentiumq; Deos! Nam (vt cætera omittã) quid abſurdius eſſe poteſt: q̃ digladiantes inter ſe Deos inducere! Quid turpius q̃ Venerẽ afferre Deam! Quæ incluſam, germaniſſimãq; libidinẽ contineret: ex eaq; Cupinẽ matris excitatorẽ naſci. Quo nõ modo adulteria & ſtupra: ſed etiam ad puerorum amores inflãmarent Dii: ne quid eſſet vetitũ mortalibus: quod non appetere videretur diuina natura. Quid item tam flagitioſum q̃ Bacchum Deũ opinari! Quo Deorũ inſania gigneretur, & iucundus furor. Aut quid poſtremo obſcœni⁹, q̃ priapum Deũ audere cõmentari! In quo quis non videt quantus ſit ortus error hominũ: cum ſint ad tam nuda flagitia delapſi! Aut nõ intelligit vbi ſit veritatis deſperatio, ibi impunem eſſe licentiã fingendi! Q; ſi tamen dii fuiſſe dicantur: conſentaneũ etiã videri debet ab his fœlicitatẽ hominum fuiſſe decretã. Quandoquidẽ permagni Deorũ interſit hominũ generi cõſulere. Atqui cũ nulla fuerit ab his humanarum rerum ſuſcepta procuratio: fateri neceſſe eſt nullo modo fuiſſe Deos. Atq; etiam negari non poteſt deos optimos eſſe natura. Sed qui crebro flexiloquis Cauillis inter homines ſeditiões inteſtinaq; bella ſeruerint: nullo modo natura optimi dicendi ſunt. Ergo nec etiam dii. Deinceps nihil poteſt tam abhorrens a Deorum natura, q̃ mendacium putari. Atqui cum ſæpe ſint oracula mendacia reperta: quorũ fallaciis hominum generi ſit quęſita pernicies: perfacile iudiciũ eſt: vtrum nominãdi ſint Dii. Q; ſi rurſum dii fuiſſe dicantur: Quęrendũ quidem eſt, cur Chriſti interuentu euanuerint! Cur eorũ ſint fana

Contra Philoſo.

Contra gentiles.

& oracula euerſa! Cur extincta diſciplina ſacrorũ: cur flamines, Salii, Augureſq; ſublati! Quod
quidẽ quia negari non poteſt perinde vt dicimus contigiſſe: Confitendum eſt etiam nullo

Contra hęreticos

modo fuiſſe Deos. Atq; etiam quid erit de perduellionũ noſtrorũ ſeceſſione dicendũ! q q̄q̄
Chriſtum ſeruatorem colant: eum tamẽ opinionũ prauitate diſcerpunt: fauceſq; ab Ortho
doxeo ſenatu retorquent. Quorum quidem peruerſitatem maxime indicat tam diſſidenti
um inter ſe claudicans opinio: quando quidẽ omnis veritas viciſſim cum alia quoquo ver-
ſum congruat. Sed letalis ambitio hoc tranſfugarum gen9 in tanta diſſenſione conſtituit:
vt non modo inter aduerſarios: ſed etiam ipſæ inter ſe familiæ concurſu collidantur: & quo
multorum eſt ingenium fœcũdius: eo inuolutiorem implicationem affert: vt terra quo eſt

Contra Maumethem.

natura vberior: eo crebriores ſentes profundit. Cum horũ prauitate Maumethis cõiunctus
eſt error: cui9 fera ambitio q̄q̄ diuinitatis laruã induerit: minime tamẽ ita vecors fuit: quin
Chriſtum ſtatuerit Deum. Nam quaſi eum librum qui Alcoranus inſcribitur ex noſtro &
compaſcuo vatum agro decerpat: neminem abſolutum fore cenſet: niſi qui vatum Elogiis
aut Chriſtianorum conſignatis decretis obſtrictus teneatur: eumq; librũ vtrorumq; ſacro-
rum vmbilicum eſſe confirmat. In quo quidem refellendo non eſt vt Phyſiologię mucrone
vtamur. Honorificentius enim eſt hęc bracteatum genera prætereire contemnendo q̄ argu-
mentãdo perrumpere. Nos vero multo certius Chriſtum probamus eſſe Deum. Idq; cum
mirificis argumentorum molibus: tum maxime noſtrorum exemplis teſtibus obſtringim9:
qui turbinibus & fluctibus non modo non terrerent: ſed etiam in ipſo eculeo tanq̄ in epula-
ri accubatione lætarentur. Quod ſane minime ex natura propter hormes nexus: intelligentię
q; anguſtias oriri poterat. Quo conſtituto intelligi debet id donum eſſe Dei ſupra intelli-
gentiæ obtutum ſitum: quo hominibus noſtris certa cœleſtis luminis alacritas, diuorumq;

Appetitus ſenſitiuus.

beatitas ob oculos obuerſaret: idq; ratione confirmatur. Nam cum anima noſtra vna dicat
q̄ vlnis vires ſuas connexas continet: ſimul ac virium munus vnum flagrãtius obit: in alte-
rum incumbere nequit: quemadmodum dũ acrius ſeiunctarũ naturarũ inſpectione occupa

De his q martyrium ptulerunt.

mur: ſenſus munia amittimus: Ac dum ardentius libidinibus inflãmamur: dumq; tormini
bus & morborum cruciamentis torquemur: intelligentię obtutu orbamur. Ex quo facile in
tellectu eſt nullo modo per naturam fas eſſe vt homines in ipſis trucidationib9 tormentiſq;

Nero cõtra Chriſtianos.

carnificũ: eam eſſent perferendi conſtantiam animęq; lætitiam nacti: quam in noſtris fuiſſe
ſcimus: cum nefarius furor a Claudio Nerone manans: ſupra trecenties cẽtum in Chriſtia-
norum necem exarſit. Idq; mirabilius contigit: q voluntariorum iugulos prębentiũ ad car

Perſecutio vſq; ad Diocletianũ & Maximianum

nificinã, erat concurſus: & quo plures necabantur: eo plurium ignita moriendi auiditas per
creſcebat. Quod quoniã a natura oriri non poterat: quandoquidẽ ab interitu & cruciatu natu
ra abhorreat: erit confiteri neceſſe id a Diuinitate manaſſe. Neq; enĩ fieri poterat vt in ipſa
carnificina moriendi auiditas percrebreſceret: niſi vni9 ſpe atq; nomine corpus vt putamẽ
menſi, ad ęternitatem incolumem animam exituram pręſenſiſſent. Quod ſi chaldęorũ pugna
ciſſima inſulſitas: qui tanq̄ panthere aut lupi nunq̄ condoceſiunt: eam necis auiditatem a

Contra aſtrolo.

Saturni ſydere atram bilem gignente, manaſſe confirment: quę ita hormes & intelligentię
aciem perſtringat: vt ſæpe hominibus dira terraq; viſa obiiciat: neciſq; cõſciſcendæ deſide-
ria excitet: vt de Mileſiis virginibus eſt memorię mandatũ: complodenda ſunt nimirum in

Cõtra Auicẽnam

hac quæſtione crepitacula: ſibiliſq; explodendi Chaldei: cum haud meminiſſe videant tri-
geſimo quoq; anno a Saturno curſum conuerſionẽq; confici: & buſtum Chriſtianorum ſu-

Dogma Maumethis.

pra trecenties centum conflagraſſe. Nihiloq; ſecius depellenda eſt Auicennę ieiuna calum
nia: qui ingenii laſſitudinem in Maumetheo puluere diluens: id ab imaginatione quã græ
ci φαντασίαν vocãt manare voluit: idq; eſt exẽplorũ ſimilitudine probare conatus. Siqui-
dem pueris vſu venire dixit: vt cum in vinariam cellam veniunt: imaginatione defluentis

vini ad quadrantal meiant:ex eodemq; genere trabis ſimilitudinem adiunxit:quã fidenter
ab hominibus humi ſtratam ſubiri dixit:& quadragenis cubitis ſublatam:a nemine decur-
ri:cum opinatione in præceps delabendi imago pingatur:refertq; valentes multos ægrotaſ
ſe imaginatione opinati morbi:contraq; multos ægros cõualuiſſe opinione receptę valitu
dinis:eodemq; modo dicit nonnullos ad alieni oris hiatum oſcitare:multoſq; ſentantium
exemplo ad edendũ inuitari.Quibus exemplis confirmatũ iri putauit:fidẽ generatim Chri
ſtianis erogatam in opinione quadã reſidere:qua Chriſtum opinabilem colamus Deũ.Qui
quidem ſi perinde lotium in matula internouiſſet,vt veri iudicium ſecreuit:male actum eſ
ſet cũ ægris:ſiquidem perſpicuũ eſſe poteſt:quæ a natura proficiſcunt,interius rerũ medul
lis inhærere:q̃ quæ extrinſecus accidant:ob eamq; cauſam notum eſt altius naturę q̃ rerum
accidentium pręceptionem inſidere.Cum autem ad ſapientem phantaſmatũ inſpectio per
tineat:pręclare ſciri poteſt,ea phantaſmatum genera que naturali intelligentiæ perceptiõi
obſequunt aptius in opinationem influere:q̃ quæ rerum accidentium comprehenſioni mo
rigerantur.Atqui cum Chriſti comprehenſio nullo modo ſit natura inſita perceptio:ſed ex
trinſecus aduenticia dimanet:quandoquidẽ Deum hominẽ ad humani generis luendã no
xam in crucem actum dicamus:fateri cogeremur vehementiorem eſſe rerum accidentium
opinationem,q̃ naturæ:quandoquidem tot ſæculis genus humanum ab hac opinabili cre-
dulitate auelli nequierit:quod ſane dici,nullo modo poſſe manifeſtũ eſt.Atq; etiam ſi id ab
acri quadam opinatione ortũ diceretur:confitendũ quidẽ eſſet id nullo modo tanta tempo
rum longinquitate:tam diſparibus naturis potuiſſe congruere.Quare in hoc genere Aui-
cenna tanq̃ longurium adurendus eſt vt erigatur. Sed nimirum is collimandus eſt ſcopos:
vt homines aut Chriſtum ſeruatorem fateantur Deũ,aut ſcriptitium & nouum velint.Nã
ſi Deum fatentur:ex prelio preſidia deducẽda erunt.Si autẽ commenticiũ ſtatuerint:in eas
anguſtias detrudenda eſt obtrectatrix inſcitia:vt eum aut Bardũ:& vecordẽ:aut doloſum
& tenebrionem fuiſſe confirmare cogãtur:ſiquidem inſulſæ ſtoliditatis arguendum fuiſſe
negari nõ poteſt:ſi dicatur hominem egentem fabri filium ad diuinitatis honorem obrepe-
re voluiſſe:qui non modo conuulſis diis leges vetuſtate robuſtas obrogaret:ſed etiam inue-
ſirato religionis nexu orbem obſtringeret.At cum tantarũ rerum munus nullo modo deli-
ri aut amentis hominis negocium videri poſſit:fateri neceſſe eſt eum ſapientẽ fuiſſe. Qꝫ ſi
in ſapientiæ currum conſicitur:confiteri neceſſe eſt etiã,eam ſapientiam aut Philoſophorũ
ſcientia partã aut coelitus hauſtam fuiſſe.Atqui cum pręclare notum ſit:eum nec Platoni-
cum:nec Stoicũ:nec Peripateticum quidẽ fuiſſe:quo ex eorum manubiis alumnũ dogma
conſtrueret:nec item ei per ætatem tantos progreſſus facere licuiſſe intelligatur:neceſſario
ſequitur:ab eo ſapientiam hauſtã fuiſſe coelitus.Qꝫ ſi vafertimum eum veteratorem finge
re libet:qui præſtigiis omne genus hominum in fraudem induxerit:perquirẽdum quidẽ eſt
quo nutu hoc confictum mendacii genus ſupra quindecies centũ adoleuerit:quãdoquidẽ
& philoſophorum acumen & buſtuariorum principum ſicas retuderit:ac Imperium.P.R.
Deorũq; hoſpitaliũ fana euerterit:inter tot expulſiones,vexationes,neces.Qꝫ ſi ętas q̃ do-
li eſt index:minime eiuſmodi mendacii genus detexit:cur eſt id Iuppiter pater in mundi vi
gilia aſpernatus?ex quo intelligi maxime poteſt:aut contra naturã:hoc mendacii phaſma
viguiſſe:hominesq; tot ſæculis philtris a Chriſto fuiſſe pollectos,aut ſtatori Deo dicẽ eſſe di
cendã:qui procuratione rerum humanarum neglecta orientem ignẽ nõ oppreſſerit:nec ſit
ei generis humani in hac mendacii impunitate pertęſum.Cum aũt haud cõſentaneum ſit
tanta ęui diuturnitate in hominum oculos puluerem a Chriſto fuiſſe coniectum:quando-
quidem plures hoc interim ſpatio q̃ cęteris innumerabilibus ſæculis ſapientes numerẽtur,

Ariſteus Proconeſius. Amaris Hyperboreus. Clazomenius. Cleomenes.

qui non modo Philoſophia veri iudiciū indagare voluerunt: ſed etiã omnib⁹ ſophiſmatis ſunt hanc pubeſcentē & adultã Chriſtianã ſegetem peruertere conati: cumq; perinſulſum ſit ab auctore Deo rerum humanarū patrociniū fuiſſe deſertum: fatendū quidē eſt ſeruatorem Chriſtū eſſe Deum. Omittimus hoc loco commētaria ſacrorum: & cœlitus rorulentos vates: q ad Dei preſcriptū ſyllabatim Chriſti fulſiones, & myſteria cecinerunt. Nec itē ſunt modo incredibiliū miraculorū genera: tanq̄ Ariſtæi proconeſii: aut Amaris hyperborei: vel Clazomenii: vel Cleomenis: ſera oſtēta recēſenda: nec rurſum ſibyllina ſunt elogia adeūda quibus eſt Chriſti expreſſa conditio. Ex quo nihil eſt etiã cur aliquid de vndecimuiris diſcipulis dicatꝰ: quos verricularios & remiges e plebe ſecreuerat: qui orbē quaſi inter ſe ſortitione partiti: diſpares habitu & natura animos hominū: vno religionis genere agglutinarunt in tanto principū: doctiſſimorūq; hominū repugnantiū: vel theatro: vel luce. Pluſq; valuit in his q̄ ſunt ſupra intelligentiæ cōplexū ſita rudiū ſpōſorum flexianima cōcionalis vox: q̄ Phyſica ratio: in his quæ manu contrectanꝰ. Q2 ni fuiſſet cœlit⁹ informata notio: ſpiritusq; afflator illapſus: nullo modo homines rudes id in Hydrargyro conſequi poterant; quod nō eſt in auro Philoſophia conſecuta. Tu vero Pont. max. Certum hoc religionis genus: qđ tibi gentiliciū eſt: ſanctiſſime tueare.

DE INCARNATIONE CHRISTI.

De perfecta ſubſtātia dei. De creatione. Photini opinio. Opinio neſtorii. Opinio Arrii. Opinio Mãichei.

QVemadmodū ſtatoris Dei abſoluta natura diceretꝰ: atq; in creãdis rebus admirabile architecti munus ſplendeſceret: ſatis eſt ſupra a nobis expoſitum. Modo aūt ventū eſt ad eã Theologiæ partē: in qua maxime Chriſti recentatrix opera elucet. Quo quidē loco vehemēter eſt hereticorū moribꝰ diſcerptus Deus. Siquidem improbiſſimus omnium Photinus Chriſtum merū hominē cōſtituit: eūq; dicit ob vitæ integritatem: neciſq; perpeſſionem in diuinitatem eſſe receptum. Qui quidem non natura deus ſed nominatiōe cooptat⁹ diceretꝰ. Neſtorii aūt inauſpicata garrulitas eſt Chriſtum non modo cooptatione: ſed natura eſſe Deū: nec tamē ita homini copulatū putat: vt vna humanæ & diuinæ naturę pſona dici poſſit: ſed tãq̄ Dei filii delubrū dicatꝰ. & domus Hereticorū aut gurges Arrius: quo eſſet multitudini & plebi vendibilior: Dei & hominis vnam perſonã: vnamq; naturã eſſe ſtatuit. Sed preter ceteros in integra Dei Opinione gibber & ſtrabo reperitꝰ Manicheus. Nam is naturã humanã Chriſto adimit: totãq; corporeã naturã a fonte Demone creatã eſſe cenſet. Sed cū perabſurdū videri poſſet Dei filiū: a Dæmone corporeã naturã arripere, Chriſtū voluit non humano corpore conſtare: ſed imaginatione videri. nullumq; omnino dixit eius eſſe corpus, qđ tactile, & aſpectabile oculorū obtutu cerneretꝰ.

Naume. Opinio Valētini.

Quã quidē ſniam mōſtroſiſſima Chriſti ſimia Maumethes maxime pbauit. Valētinꝰ autē q̄q̄ Chriſtū humano corpore cōſtare arbitretꝰ: negat tamē puerū ex virgine arripuiſſe corp⁹: ſed id ipm de cœlo delapſum opinatꝰ: quod per virginē tãq̄ latex per fiſtulã tranſiliret: haud inde quippiã arripiēs. Ceterorū vero inſulſitatē libēter hoc loco omittim⁹: cū pfacile iudicium ſit: taciturnos olim eos fuiſſe: ſi ſuſpicari potuiſſent Pariſiū futurã Athenas Chriſtianorū.

Pariſius ei⁹ laus. Opinio catholi. Opinio praua quorūdã.

In qua vrbe nō modo eorū argumenta adipe ſuillo craſſiora putarentꝰ: ſed ipſe etiã quãdoq; Ariſtoteles in imis diſputationū gurgitibus vexaretꝰ vt hebes. Quare quoniam veritatis incorrupta integritas Chriſtū humano corpore: ac anima ratiōis compote preditū eſſe ſtatuit: hiſq; ſimul diuinitatem abſolutam adiunxit: perquirendi ſunt q caliginē ſoli offundere conarentꝰ. Nã multis q tanq̄ quidã corporū morbi nō poſſunt niſi vſtione ſanari: parū cōſentaneū viſum eſt dominatorē rerū Deū: carnis amictu veſtiri: cū quod excellit in magnis perabſurdū ſit puſillis cōtineri. Cū aūt habeat rerū vniuerſarū curationē Deus: negabãt eū

cutis humanæ opercuIo cõtineri debere:in tantillũq; corpuſculũ procurationẽ rerũ includi
quibus acerrime eſt ab Auguſtino reſponſum.Negat eñ ita cuti humanæ ſuffuſum fuiſſe Auguſti.
Deũ:vt ab eo rerum vniuerſarũ procuratio deſereret.Imbecillorũ eñ hoim ſenſum eſſe opi
natur:qui nihil niſi valentium pugilum athletarumq; corpora expendũt:itaq; Deum dicit
non tanq̃ coloſſum mole:ſed vi & virtute eſſe magnũ:eiuſq; magnitudinẽ in exiguũ etiam
contractã anguſtiis non vrgeri.Quidã etiã quaſi in eaſdẽ hęreſeos pedicas incidiſſent:mi- Alia opi.
hius neceſſe fuiſſe putauerunt;vt ad laxandos homines carnis integumento obduceret De praua.
us.Nam cum peccati tabem culpa contractam affirmarent;negabant ad eam eluendam
quicq̃ aliud q̃ hominis expiationem oportere requiri.In quo non vident meri hominis
expiatione peccatum elui non poſſe:cum ita eſſet humanum inquinatum genus:vt nec
vnius nec multorum quidem bonis ad complexum,generis totius iactura æquari poſſet:
nec ſentiunt id delictum ex interminata Dei magnitudine,immenſitatem nãciſci:cũ eo ſit
grauior iniuria:quo cui infertur præſtantior exiſtit.Ex quo fatẽdum eſt:neceſſe fuiſſe vt ad
id eluendum crimen actus expiantis vi eſſet interminata prędirus:qui quidẽ Dei & homis
copulatio diceretˀ.Contra aũt nõnulli affirmant interfuiſſe Dei cutis humanę operimento Alia opi.
tegi:etiam ſi non eſſet ab homine eius mali facinus patratum.Nam cũ Dei præſignationẽ
ęternã eſſe dicãt:concedi volunt,ante noxam Deum hominem futurum:quo Dei præſtitu
tio ad diffinitum perueniret.Pugnaciſſim⁹ autẽ omnium Scotus probare conatur:animæ Opi.ſco.
Chriſti pręſignationem non ob id tantum eſſe conſtitutam:vt compedib⁹ & vinculis laxa-
rentur homines.Nam cum liberandarum animarũ gloriã:animę Chriſti gloria minorẽ opi
netur:negat veriſimile videri,ita ſummũ excellenſq; bonum puſillioris boni gratia eſſe cõ-
ſtitutũ:quemadmodũ veriſimile nõ videri,prius hominẽ q̃ Chriſtũ eſſe pręſtitutũ.Nam ſi
Deus inquit prius hoiem:q̃ Chriſtũ pręſignaſſet:prius hominẽ caſurum præſenſiſſet q̃ ſer-
uatorẽ Chriſtum pręſignaſſet:ſi ea pręſignatio liberandarũ tantũ animarũ cauſa eſſet con-
ſtituta.Qđ ſi ita diceretur:nihil affirmat dici poſſe hebetius.Qđ quidem argumentũ tan-
q̃ funis nexum a capite diſſoluere conatur non contemnẽdus Theologus Capreolus.Veri Capol⁹.
tatis autem ſine fuco ſalubritas eſt:hominum generi ſoſpitatorem Chriſtum,tanq̃ vulneri Opi.Ca-
medicamentũ eſſe adhibitum:negaturq; a nobis ante pollutam naturam Deum fuiſſe ho- tholica.
minem futurum.Ab his autem ſanorum hominum quæſtio defluxit:nũ fieri poſſet:vt eiuſ Alia q̃ſt.
dem humanitatis amictu trina diuina perſona veſtiretur.Locuples imprimis auctor Anſel Opinio
mus negat fieri poſſe:vt trina perſona eundem hominem aſciſcat.Durandus autem incen Anſelmi
ſus & acer Theologus intellexiſſe Anſelmum voluit a trina perſona non eũdem hominem Opi.Du.
poſſe ſumi:ita vt vni perſonæ copuletur:cum fieri poſſe neget:vt trina perſona in eodẽ ho- Opinio
mine vna perſona dicatur.At Guillermus Ochan diſcinctus & tunicat⁹ cũ thorocato Sco Ochan.
to congreditur:eandem enim naturam trinæ perſonæ agglutinari poſſe putat.Scoto autẽ Opi.ſco.
minime placet eandem naturam a trina perſona aſciſci poſſe:ita vt primus glutini termin⁹ Opi.ſctĩ
perſona dicatur.Sed acceſſit Theologorum parciſſimus Diuus Thomas,qui non negat fie Thomæ.
ri poſſe:vt a trina perſona ſumatur vna natura.Sed fieri poſſe negat:vt vna & eadem Hypo Alia q̃ſt.
ſtaſis humana aſciſcatur a tribus.Nihiloq; ſecius inquiritur:nũ in Chriſto animæ & corpo- Eutiche-
ris copulatio extiterit.In quo cõſentiẽs Theologorũ grex Chriſtũ hoĩm generi vniuocũ eſ- tes.
ſe probat.Ad ſpeciẽq; ait humanã pertinere:vt Anima corpori annectatˀ.Eodẽq; modo con Dioſcor⁹.
tentio exoritˀ:an verbo natura humana ex accidenti copulata fuerit.In quo ſunt a nr̃is Euti Theodo.
chetis,Dioſcori,Theodori,& Neſtorii ingenia ſuperba fracta.Q̃z q̃ eorum ſentẽtiæ nõ ſint Neſtori⁹
ita penitus euulſę:quin eorũ multi ſint interpolatores inuẽti.Nã auctore ſententiarũ prin- Magř ſẽ-
cipe duplex eſt recentium hominum repertum genus:qui cum maxime ab hæreſi abeſſe tẽtiarũ.

Alia opi. voluiſſent: flexu i eandē hęreſcos noctē remigrauit. Nā primū genus eorū eſſe dicit: qui cū
vnam ſeruatoris Chriſti perſonam cōceſſiſſent: duas tamen Hypoſtaſes eſſe volebant. Al-
Alia opi. terū eſſe eorū: a quibus cum perſonæ copulatio ſeruaret: Animam tamen corpori annexam
eſſe negabatur. Sed viciſſim hęc inter ſe duo ſeiuncta: verbo ex accidēti agglutinata eſſe cē
Neſtorii ſebant. Quorū vtrūq; maleſanū genus in coenoſam Neſtorii latrinā incidiſſe dicit. Negat
opinio. q; ſoliditatis, & ſincęritatis eſſe chriſtianæ: ex accidēti copulationem ponere. Ab his etiam
Opinio diſſidentium hominum pertinax certatio dimanat. Num Deus qualemcūq; naturam ſibi
catholi. poſſit aſciſcere. Picus enī noſter Mirandula in ipō adoleſcētiæ flore flagrās: & vibrās fulmia
Alia qſt. cū feruidius Theologiam eſſet complexus: argutiarū (vt opinor) exercitatione negauit ſe
Opi. Pici eorū ſententiæ aſſentiri: qui dicerent Deum qualemcunq; ſibi poſſe naturam aſciſcere. Cō-
Mirādu. tra quē quaſi ſuſpitioſi⁹ locutum Garſiæ Pont. eſt Puſillus nō rebus exilis libellus: q̄q̄ ma-
Garſias gnus homo Picus: quicquid fellis argutiarum gratia guſtarat: refeƈefacto auiditatis ardo-
eps. re tanq̄ Boletū medicatum expuit. Sed huius quæſtionis augendę princeps fuit Godofre-
Opi. Go dus. Maximeq; ſufflator Henricus gandenſis turgidorum hominum folles inflarat. A quo
dofredi. & ſi minime omnipotens pręfinitur Deus: Nodus tamen in aſciſcibili natura perquiritur.
opi. Hēri. In qua ſane ſententia q̄q̄ crure tenus hæreſeos ſalum ingrediatur: minime tamen vt Pria-
Opi. Du mus ſuis ſuperſtes extitit. Maturius aūt & verius Durādus pbat: vbi ſit a qua agentis po-
randi. tentia: & a qua potētia obſequii naturæ patibilis: inde cōtinuo poſſe ſimillimū effectum ſe
Opi. ea- qui. Cum autem dei potentia haud ſecus in ſilicem: ac in humanam naturā, vim, & domi-
dē Scoti. natum habeat: facile intellectu eſſe ait ſi ſibi naturam humanam aſciuit: vt ſilicis etiam na
Opi. eadē. turam poſſit arripere. Qd idem: Scotus & Ioannes Neapolitanus: & Petrus Paludēſis pro-
Io. neap. bant: maximeq; vnus inter multos Bernardus ganacus, Godofredum & Henricum inſeq
Opi. eadē. tur. At egregie verſutus ſcriptor Ochan: idem hoc modo concludit. Deus aliquā ſibi natu
Petri pa- ram aſciuit: qualemcunq; igitur poteſt naturam arripere: cum maior ratio non ſit: ſi vnam
ludēſis. arripuerit: quin poſſit plures aſciſcere. Cum autem omnes aſciſcibiles ſint: fatēdū eſt: ab eo
Opi. eadē. qualemcunq; poſſe naturam ſumi. Diuus autem Thomas lunenſi marmore candidior: De
Bernardi um cenſet mera & libera poteſtate quamlibet naturā rationis expertē arripere poſſe. Sed ra
gāaci. to potentiæ ordine: negat ab eo vllā pręter rationis compotē naturā poſſe aſciſci. Quā qui
Opi. eadē. dem ſententiam integriores imis auribus excipiūt. Sed naſcitur de ipſis membrorum parti
Ochā. bus certamen. In quo maxime pręſtigiator Manichęus exploditur. Qui negauit vllum om
Opi. ſctī nino Dei eſſe corpus: qd aſpectabile oculorum ſenſu cerneretur. Nam ſi Deus humanā na-
Thomæ. turam arripuit: conſentaneū videri dicim⁹: vt merū etiā humanum corpus aſciuerit. Atq;
Opi. cōis etiam negatur a nobis eius cœleſte fuiſſe corpus: vt Valentinus videri volebat. Nam cum
Contra forma hominis vt ait Ariſtoteles: Res quædam naturalis dicatur: quæ circunſcriptam ma-
Manichę. teriam id eſt cutem & oſſa requirit: Nullo modo fieri poſſe volumus: quin ea debeat in ho-
Valētin⁹ minis diffinitione poni. Pręterea ſi eum cœleſti corpore conſtare diceremus: fateri cogere-
Ariſtote. mur: nec eſuriiſſe eum vnq̄ nec ſitiſſe: nec moriturū quidem fuiſſe. Cū Cœlū eodem Ariſto
vii. Met. tele Auctore: nec patibilē naturā habeat: nec tabeſcibile dicat. Eſt etiam non multo ſecus
Ariſtote. indagamus: num animā quoq; aſciuerit. Apollinaris & Arrius maximi hęreticorum calci-
i. Cæli. trones a Dei filio volunt ſine anima aſcitam eſſe carnem. In quo non vident ſe Deo vnā nō
Contra binam naturam dare. Qd quidē fieri nullo modo poteſt: cum ſatis exploratum ſit: & iratū
Arrium quandoq; & miratum eſſe eum: & dolore affectū. Ex quo pręclare ſciri poteſt animā eū om
& Apol- nino opta dītū fuiſſe. Qd ni ita eſſet: nec caro quidē ab eo eſſet aſcita. Quādoquidē caro mē
linarem. braq; hominis ſpeciē ab anima ſuſcipiant: eodemq; modo dicimus ab eo intelligentiam &
mentem eſſe aſcitam.

DE PERFECTIONE CHRISTI.

SEd nunc de his quę Dei filius ex humana natura aſciuit dicendũ erit. In De gr̃a
quo quidẽ rectiſſime probamus eius animæ habitu prææditam fuiſſe gra habituali
tiam. Idq; ex animæ & verbi conſociata natura natum. Nam quo magis
eſt res ſuſceptrix influenti cauſæ finitima: eo fuſionis & afflatus illiꝰ vbe
rius eſt particeps. Cum autem gratię fuſio ex diuinitate dimanet: cõſen
taneum videri dicimꝰ ex diuinitate illi animæ inſitam eſſe gratiam. Sed
exoritur hoc loco controuerſia: num liberatoris Chriſti gratia actu interminata dicatur. Au De gr̃a in
reolus enim quem in ſummis Theologis habitum videmus: dum huius quæſtionis ſinum finita.
quærit: negat eam gratiam interminatam eſſe actu. Nam cũ gratia creſcere ei debere videa Aureoli
tur: obtinere ſe putat vt ſi gratia in eo fuiſſe dicatur: eam poſſe: & debere cũ acceſſione creſ opinio.
cere. Q; ſi quippiam accedere poſſe concedatur: fateri neceſſe eſſe dicit: vt qđ creſcere poſ
ſit: id interminatum non debere putari: perabſurdumq; eſſe modo ſummam in ſoſpitatore
Chriſto gratiam dicere: modo gratiam cum acceſſione creſcere poſſe confirmare. Cuiꝰ qui Op inſo
dem ſententiæ rimas explet Durandus: ſiquidem ab eo argumenti fibula nectitur: vt qđ ſit Durãdi.
circunſcripte capax: id minime eſſe capax abſolutionis infinitæ. Cum aũt eius anima huma Adam.
nitus ſit, & circunſcripte capax: negat fieri vllo modo poſſe: vt eius gratia ſit abſolutione in Gerardꝰ
terminata prædita. In quod genus argumenti ingenioſiſſimi opinatores, Adam, Gerardus Oddo.
Oddo, & Guillermus Ochan aulea & Peripetaſmata inducũt. Gregorius aũt Ariminenſis Guiller.
tanq̃ finitor, & agri menſor, a Deo poſſe affirmat gratię formam interminatã educi. At nos Ochan.
ex ſentẽtiarũ aurifodina eruimus quocunq; circunſcripto aliquid ingentius Deũ poſſe mo Gregoriꝰ
liri: ſed cum liberatori Chriſto nulla poſſet a deo ingentior gratia præberi: perſpicuũ eſſe di de Arimi
cimꝰ: vt eius gratia interminata dicatur. Nec autem hoc ob id affirmamus vt Deum in au no.
gẽda gratia præfiniamus: ſed vt oſtẽdatur animã chriſti acceſſionis ſuſceptricẽ eſſe nõ poſſe Thomi
Poſt etiã quæſtio de ſciẽtia colligit. In quo quæri ſolet. Nũ Chriſto alia pręter diuinã, an cœli ſtarũ opi.
ciũ cœlicolarũ, ſiue afflatu inſita ſciẽtia cõtigerit. Vgo enĩ ſyncærus, & grandis theologus De ſcia.
dũ inquirit: Vnde omniũ ſcientiam Chriſtus arripuit: nullam pręter diuinã ſcientiam con Opinio
cedit. Principi aũt ſententiarũ placet Chriſtũ perinde eadem, vt verbũ nouiſſe: ſed cum ver Vgonis.
bo cuncta infinita cognita dicant: neceſſario ſequi: vt Chriſto ſint cuncta interminata nota Opi. ma.
Sed diuus Thomas, Apollinaris, & Eunomii fumo attribꝰ ſentẽtiis exploſis nubeculã a ſole ſuĩ arum
diſpellit. Nã cũ Chriſtũ Deum pariter & hominẽ ſtatuendũ eſſe cẽſeat: primũ ei præbendũ Opi. D.
opinat̃ quicquid naturę diuinę interſit: tũ ſeorſum dandũ quicquid hominis ſpeciem con Thomę.
ſtituit. Atq; vt nõ modo homo: ſed etiam humanitꝰ abſolutꝰ putet̃: in eo ſtatuendũ arbitra Apollia.
tur: quicquid humanæ abſolutionis interſit: quemadmodum ſcientiarum & virtutum ha eunomiꝰ
bitus dicuntur. Vt enim diuinitas corporis actus eſſe non poteſt: qua corpus præditum for Adam.
ma viuat: aut fiat natura rationis compoſita animę ratiõis participis actꝰ eſſe nõ põt: qua Io. ripa.
cũ forma ſit ſciẽtię virtutiſq; cõpos: quẽadmodũ habitu hoies virtutũ cõpotes dicũtur. Ex Opi. ſco.
quo confirmari vult eam creatã eſſe ſciẽtiã. Cũ quo Adã & Ioannes ripa nõ cõplexu nec la Opi. ca
certorũ niſu: ſed pedũ interpoſitu luctant̃. Iaculatoris aũt Scoti cuſpis eſt nullã in Chriſto na tholica.
tura partam præter inſitam afflatu ſciẽtiam fuiſſe. At Durandus quaſi in ipſo aditu muſci Intellect.
pulam locarit: probabile videri dicit eiuſdem eſſe ſpeciei partam & inſitã ſcientiã. Si autem poſſibil.
recte ſentire voluerimus: quicquid ſit a Deo hominũ naturę inſertũ: idẽ Chriſti naturę inſi Intellect.
tum fuiſſe dicemꝰ. At cũ perſpicuum ſit: nõ modo intelligẽtiã poſſibilem (teramus enĩ hoc agens.
inuſitatum verbum vtendo) ſed etiam agentem intelligentiam tributam: Fatendum erit Ariſto. ii.
idem vtrunq; in liberatore Chriſto fuiſſe. Sed quemadmodum Ariſtotele auctore nihil Cœli.

Deum fruſtra agere probatur:ita quippiã in Chriſto fruſtra fuiſſe negemus.Id enim fruſtra
dici volumus quod nullũ ꝓprium munus nanciſcatur: ꝓpriũ aũt munus intelligentię agē-
tis eſt:ſpecies actu cognobiles educere:eaſq; a phantaſmate ſeuocare.Ex quo concludimus
ſpecies in Chriſto fuiſſe cognobiles intelligentiæ agentis actione a poſſibili intelligētia ſuſ
ceptas:qđ quidē ſi ſit partã in eo eſſe ſcientiã: interminatarũ aũt rerũ ſcientiã afflatu illi in-
ſitam dicem⁹.Sed cum multi interius ingrediantur:ne longior fiat ꝓgreſſio:non eſt modo
Opi.Sco. theologorum dedolanda opinio.Siquidem in diſſerendo ambidexter Scotus pręclare ꝓba-
Opinio re conatur:eadē omnia a Chriſto pernoſci:q̃ a verbo pernoſcantur.Durãdo aũt videť quic-
Durandi quid perſpici poſſit:a Chriſto in diuinitate cerni.Aureolus vero quaſi interdiu lucernã ad-
Opinio hibere velit:nec a Chriſto:nec ab intelligentia cuiuſq; intuendo verbo rerum creatarum na
Aureoli. turam perſpici poſſe opinatur:ita vt ſub viſum & ſub aſpectũ cadat. Quorũ quidē omniũ
Contra vna eſt contra Diuũ Thomã conſpirans dimicatio:q̃ q̃ ſtat grauis Entell⁹:qui nullius quaſ
Thomã. ſu aut impulſione veſtigio cõuelli poteſt.Itaq; ad hæc de Chriſti poteſtate diſceptationem
De potē. adiungemus.Ratio eñ Durando exoritur:qua ſe probare putat nullã Chriſti animæ ſupra
Chriſti. naturam inſitã potentiã commutandorũ corporũ in aliam effigiem.In qua ſane ſententia
Opinio Diuus Thomas adoleſcens aliquãdiu ſeſſitauit:cũ ratio eſſet eiuſmodi:vt probari videreť
Durãdi. vt vera.Poſt aũt caneſcens ab ea eſt dextrorſum in latiorē viam deductus.Nam cũ potenti
Opi.tho. am commutandarum rerum bipertitã eſſe cenſeret:earũ vnam ex rerũ cõmutatione ducit
quã tripertito diſtributam dicit:quarũ vna naturalis ſit:q̃ ab agēte proprio rato ordine na-
turæ fiat:altera quę miraculo conſtans ab agente ſupra progredientē naturam gignatur.
Tertia ob eam cauſam dicatur:quatenus natura rerum creatarũ interire poſſit in nihilum.
Secundã vero diſtributionem ex Chriſti anima ducit:eamq; bipertito metitur: vno modo
virtutis & naturæ ratione:altero quatenus verbi perſonę iugati inſtrumentũ dicať:ſi enim
animã virtutis & naturæ ratione metitur,ineſſe illi potentiã dicit eorũ effectuum faciendo
rum qui animę naturę cõgruerent:ſi aũt animã vt verbi inſtrumentũ expendit: nactũ vult
eum eſſe inſtrumēti vim omniũ commutandarũ rerum ad finem ſtatutã humani amict⁹ in
ducti.Qui quidē finis tam cœleſtiũ ſit:q̃ terrenarum rerũ recētator. Sed commutationem
creatarũ rerũ quaten⁹ ſcilicet interire poſſit in nihilũ:creatiõi rerũ reſpõdere affirmat:q̃ten⁹
ſcilicet editæ ex nihilo probantur.Itaq; quemadmodũ Dei tantũ creare interſit:Ita fatendũ
eſſe dicit:ab eo tantũ res creatas interimi:& diſſolui poſſe in nihilũ:quēadmodum ab eo eti
am ſolo:eaſdem in natura regi:ne in nihilum reuoceť.Ex quo præclare ſciri poſſe ait:mini
me Chriſtum cunctã nactã eſſe potentiã omnium commutandarũ rerum.Qua quidē ſen-
tentia nihil dici poteſt ſalubrius.Simillima eſt etiam de infirmitatũ natura contētio.Non-
nullis enim minime æquum viſum eſt a Dei filio in amictu humano corporis ægrotationes
eſſe ſuſceptas.Nam quēadmodũ eius animam verbo coniugatam dicunt:Ita & corpus co-
pulatum videri:atqui cum eius anima nihil aſſument fieri poſſe abſolutius: perſpicuũ eſſe
volunt corpus etiam ex perfecta abſolutaq; natura effici debere.Quibus dicendũ eſt cõſen
taneum videri aſcitũ corpus:ægritudini naturæ humanę eſſe ſubiectũ.Quandoquidē Dei
filius nullã ſit ob aliã cauſam in terrã delapſus:niſi vt hominum facinus expiaret. Nã a ſtũ
ſitim,famē,vitę occaſum & quę eiuſmodi generis ſunt eius delicti multã eſſe dicimus: qđ
ſit a primigenio homine inuectum.Ex quo conſentaneum fuiſſe cēſemus vt has multas vi
ce generis humani in hominum natura aſciſceret. Nam cum nulla alia re magis q̃ ægrota-
tione ſit hominũ humana nota natura:ſi ſine infirmitate ab eo eſſet aſcita natura: facile res
in contentionem venire poterat:minime eum hominem verum fuiſſe. Quod eſſet in Ma-
nichæi tenebras:& præſtigias incurrere.Huic de ægrotatione animæ controuerſia annectã

tur:quo loco peccatum ex liberatoris Chriſti natura elicitur:quandoquidē expiatio impediri ſcelere dicatur. Vnde multorum eſt orta opinio negantium Chriſti animam patibilis fuiſſe naturæ:a quibus hoc modo concluditur. Nihil niſi a præſtantiori patiendi & ferendi neceſſitatē accipit: Atqui nihil fuit ſeruatoris Chriſti anima pręſtanti⁹:Chriſti igitur anima a nemine ferendi neceſſitatem accepit. Ita nec patibilis quidē fuit. Quibus reſpōderi ſolet:cū animæ affectionibus: quas græci πάθη vocant diuinitatis nutu repugnare potuiſſe: ſed voluntate ægrotationibus fuiſſe ſubiectum. Ex quibus aſſumitur in eo cæteras quoq; hominum infirmitates extitiſſe: ſed non perinde in eo hæc genera: vt in vniuerſo hominum genere inſediſſe:quandoquidem homines ad obiectas ſpecies incitati rapiantur:quib⁹ ipſe minime illectus raperet. Tum q; in hominū genere turbidæ & tabificæ animæ affectiones rationis iudicia pręcurrunt:quę nullo modo eſſent a certa ratiōe auerſæ. Tum etiam quoniā ſæpe hi motus rationi vim afferunt:qui ab eo cohiberent:cū motus corpori natura congruentes ita habitu quodā ſuo in homine interquieſcerent:vt ab his ratio perturbari nullo modo poſſet.

DE ADORATIONE CHRISTI.

ATq; iam de Chriſti cultu diſſerendum arbitror:inquirendūq; primo, An Chriſtus ſit a nobis latria colendus. Nonnulli enī fas eſſe negant: vt cuipiam quod genitum dicatur:latriæ habeatur honos. At cum Chriſti humanitatem genitam eſſe confirment:bene ſciri poſſe opinant nullo modo eſſe ei latriæ decernēdū cultum. Atq; etiam quidam quaſi ſibilū non vereantur:hoc argumenti inducunt. Latriæ cultus ob principis Dei agnitionem ſtatuitur. At cum Chriſtus ſoſpitator quatenus chlamyde humana amictus dicatur:ſit omnino parente minor:igit nec eius eſt humanitati latriæ habendus honos. Quorum vtrumvis concedi nullo modo poteſt. Nam haud latriam humanitati: ob rationem ſui:ſed ob diuinitatis rationem ſtatui debere dicimus:qua ſit filius parente nullo modo minor. Scotus autem Chriſtum ob humanitatis rationem latria colendum putat:eamq; eiuſmodi latriæ rationem eſſe arbitratur. Diuus vero Thomas humanitatis cultum bipertito intelligi poſſe cenſet. Nam vno modo:vt ſit eius tanq̄ rei cultę intelligi opinatur. Quo genere ſi Chriſti caro colatur:nihil aliud eſſe cōfirmat:q̄ verbum humano amictu obductum venerari:quemadmodum trabeam regis colere:nihil aliud prorſus ſit:q̄ regem trabeatū colere. Quo quidem genere humanitatis cultum latriam eſſe probat. At alio genere humanitatis cultum intelligi:qui ob humanitatem omni gratiarum genere cumulatam ſtatuatur Atq; ob eam cauſam humanitatis cultum,non latriam, ſed duliam eſſe dicendum: ita ſcilicet vt vna eadem ſeruatoris Chriſti perſona ob diuinitatem latria,& humanitatis expletā abſolutionem dulia colatur. Idq; minime abſurdum videri: quandoquidem parēti Deo ob diuinitatem latria:& imperium dulia debeatur:quod quidem totum libenter vtriq; remitto:ne videar hoc loco arbiter inter atratam,& cæſiam diſciplinam datus. Sed huius diſputationis eſt,ſcire,an Chriſti ſimulacrum ſit latria colendum. Henrico enim docto et acuto homini placet:nullum ſimulacrum latria debere coli. Propterea q; auctore Damaſceno Deus nullo poſſit ſimulacro effingi. Durandus vero quaſi nihilo ſibi minus licere arbitretur: q̄ Henrico licitum ſit:nullam imaginem latria colendam putat. Quā quidem ſententiam maxime tueri conatur doctiſſimus italorum Picus. At ex atratorum diſciplina minutius & preſſius Holcot Deo latriam honorem ſtatutum eſſe cenſet: atqui cum nullum ſimulacrū Deū eſſe opinetur:intelligi fas eſſe dicit:nulli ſimulacro hoc honoris genus debere decerni.

Quorundā argumentum
Aliorū argumētū.
Scotus.
S.Tho.
Hēricus.
Damaſcenus.
Durād⁹.
Picus mirandula.
Holcot ordinis pdicato.

Qđ ſi ita eſt: abſurdum eſſe putat fateri: latriam Deo ſoli honorē eſſe decretū: & eādē tamē
ſeruatoris Chriſti ſimulacro deberi. Idq́ etiā cōtortius aſtringit. Si idem inquit honos Chri
ſto ac ſimulacro debet: igitur idem lapidi: ac Chriſto debet honos: ob eāq́ rem idē Deo ho-
nos ac rei genitæ debetur. Qđ dici nullo modo debere opinat. Nos vero vt quicq́ quorſum
Contra Henricū — pertineat videamus: Hērico reſpōdendū arbitramur: Chriſti ſimulacrū quatenus diuinita-
tē humano amictu veſtitā referat: latria debere coli: atq́ illud etiā adiūgimꝰ perſpicuū eſſe
Deo verā latriā deberi: cumq́ Deum cutis humanæ integumento obductum eſſe intelliga
mus: quandoquidē haud mens in imaginē, vt res eſt, irrepat: ſed vt Deū Chlamyde huma-
na indutum referat: fateri cogimur ſimulacrū Dei cuti humanę copulati latria eſſe colēdū.
Nec aūt Dei non iugati aliquod ſimulacrum eſſe volumus: qđ Deū cumulate, ſed tantum
vt effectus cauſam referre dicat. Nihiloq́ ſecius eſſet tota illa Durandea cōuellenda ratio:
nec minus item poſſet contra Holcot ſonantia argumēta dici: niſi alias eſſet a nobis de hoc
Opinio ſana. — quæſtionis genere diſſerendū latius. Quare multo ſalubrius dicemus: Chriſti ſimulacro q̄-
tenus lapideum, ſiue ligneum, ſiue pictum ſit: nullum omnino cultus genus haberi debere
quandoquidē nulli honos: niſi naturæ rationis compoti debeatur. Ex quo perſpicuū eſſe po
teſt honorē Chriſti ſimulacro decerni: quatenus imago tantū dicat: atq́ ita ſequi idē æque
honoris genus ſimulacro: ac ſeruatori Chriſto deberi: cū autē liberator Chriſtus latria cola
tur: perfacile iudiciū eſt: eiꝰ quoq́ ſimulacrū latria debere coli. Sed nec exilis contentio naſ
citur: an ſoſpitatoris Chriſti cruci latriæ ſit habendus honos. Durandus eñ cōtra aquam
nando: captioſam argumenti plagā tendit: id inquit qđ nullo modo ſit Hypotheſis virtu-
tis ſuſceptrix: id nec etiā per ſe cultꝰ, aut honoris limes eſſe poteſt: atqui cū Crux nullo mo-
do ſit Hypoteſis virtutis ſuſceptrix: igit nec per ſe cultꝰ: aut honoris limes eſſe poteſt. Nos
vero ſimulacrorū cultū inductū eſſe volumus: cum ad incolumitatis noſtrę memoriā exci-
tandā: Tum ad hebetiorū hominū ingenia admonenda: quandoquidē vehemētius in men
Abagarꝰ rex. — tes hominū influat aſpectus, q̄ auditio. Idq́ genus cultus a Chriſto inductū putatur: quem
Abagaro regi effigiem ſuā in lintheo pictā nō ignobilis auctor Euſebius miſiſſe ſcribit. Qđ
Euſebiꝰ i hiſtoria eccl'iaſti. — quidē genus cultus: poſtea eſt Senatuſcōſulto cōfirmatū: promulgatūq́: vt diuorū imagi-
nes pingerentur in delubris. Ex quo facile intelligi poteſt diuorū eſſe ſimulacra colenda. Qꝫ
ſi hæ imagines colendæ dicunt: nemini dubiū eſſe poteſt: quin ſoſpitatoris Chriſti crux: au
guſtius, ſanctiuſq́ coli debeat.

Opinio ſcti Tho.

DE CONCEPTIONE VIRGINIS.

Opinio Thomiſtarum. — VErum vtrū dea mater originis ſit polluta tabe: contentio acerrima exorit.
Nā diuus Thomas quaſi nihil ſit: de quo minus dubitari poſſit: eam ori-
ginis nexu obſtrictā fuiſſe cēſet. Cui mirifice fauet tota illa atratorū The
ologorū manus: maximeq́ ex eorū ſodalitio Guillermꝰ gānacus hāc cau
Vincētiꝰ de caſtro no. — ſam tueri voluit. Sed nobis pueris pręter cęteros flagrātius homo doctus
Vincētiꝰ inſup Aquinateū patrociniū ſuſcepit: in eaq́ cauſa eſt Ducēte
nis ſexagenis teſtibus vſus. Contra quos maxime concurrit Armata cęſiorū phalāx. Quo-
Opi. ſco. Rō ſcoti — rum e numero Argus theologorum Scotus: vehemēter huius ſentētię ſatorē vrgere conat:
ſiquidem quaſi reſiſtēdi orbita reperta: Abſolutiſſimꝰ inquit intermediꝰ: eius cauſa obquē
grām cōciliat: abſolutiſſimū cōciliādi actū nanciſcit: atqui cū Chriſtꝰ abſolutiſſimꝰ intime-
dius dicat: erit cōfiteri neceſſe: eū illiꝰ cauſa cuiꝰ pacificator ſit: abſolutiſſimū cōciliādi actū
nanciſci. Sed cum nullius cauſa præſtantiorē actum: q̄ Deę matris cauſa cōſecutꝰ dicat: igi
tur Deæ matris cauſa abſolutiſſimum eſt actū adeptus. Atqui cū id nullo modo futurū fu-
iſſe putandū ſit: niſi vim eſſet ad eā ab originis tabe liberandā nactus: igit nec eſt ei vlla ori-

ginis inuſta nota. Idq; etiam (vt ſæpe ſolet) arctius vario argumentorum genere aſtringit.
Contra quē pugnans Gregorius Ariminenſis: haudꝗ̃ꝗ̃ maiorē perſpicuitatē eiꝰ aſſumpto Gregori.
ineſſe putat: ꝗ̃ ſi dicatur abſolutiſſimum intermedium: cuiuſcunq; cauſa cui gratiam con- de Arimi
ciliat: abſolutiſſimum conciliandi actum nanciſci: quo quidē differendi genere probari poſ no.
ſe cenſet: cæteris quoq; Chriſtum originis vincula demiſſe. Qđ dici nullo modo poſſe arbi-
tratur. At Aureolus: cui ꝗ̃ꝗ̃ ſint ſcotea argumēta magni: aliā tamen rationem ineundā pu Aureolꝰ.
tat: qua ſe tueri credit cauſam cæſiorum poſſe. Nam quodcunq; conſentaneum fuit: aut
quodcunq; fieri potuiſſe dicitur: id totum Deæ matri datum opinatur: ſed cum fieri poſſe
cenſeat: vt illi a Deo eius mali ægritudo depelleretur: quandoquidem maiorem vim Deus
in liberando: ꝗ̃ caro in īquinando nanciſcatur: facile eſſe in promptu a Deo inquinationem
& tabem potuiſſe præcurri. Idq; conſentaneum eſſe: cum maxime conuenire dicat Deā ma
trem nitidam, tabiſq; expertem fuiſſe cenſere. Idq; etiam multo eſſe ante a diuo Auguſtino S. Augu.
præcautum: qui Deæ matris corpus ob eam cauſam cinefactum eſſe neget: ꝙ minime id ci-
nefieri decuiſſe opinet͂. Q; ſi inquit conſentaneum non fuit id corpus vllo modo cinefieri:
nec etiam conſentaneum videri debet eam inſidenti originis malo fuiſſe vexatam: cum ve-
ri ſimillimum ſit: maluiſſe eam eadem originis tabe non vexari: ꝗ̃ eius non eſſe cinefactam
cutem. Atq; etiam ex eadem diſciplina multi quaſi pluris neminem ꝗ̃ diuum Auguſtinum Alia rō.
faciant: eum dixiſſe confirmant: cum de criminū genere diſſeritur: honoris cauſa nolle Deā
matrem: in illiuſmodi diſcrepationem vocare. Ruſumq; hoc nonnulli ex eorum genere af- Alia rō.
ferunt. Cum abſoluta expletione gratiæ: nulla ægritudo miſcetur. At cum Dea mater om
nibus muneribꝰ doniſq; gratiæ referta dicatur: nulla igitur in eā ægritudo cadit. Deinceps Alia rō.
quoq; tantundē addunt. Nam cum parētem Deam ab ignoſcibili ſcelere liberatam velint:
qđ minus omnino malum ſit: ſequi putant: vt ab eadem etiam ſit originis ægritudine libe-
rata: quod maius ſit omnino malum cenſendum: idq; etiam ab his dimidio anguſtius con-
trahitur. Deus inquiunt matri originis vincula adimere potuit. Igitur omnino ademit. To
tidemq; verbis inflectunt. Si conſentaneum fuit parentem Deam liberari: conſentaneū etiā Alia rō.
videt͂: eā fuiſſe liberatā. Eorundēq; Scoteorum itinerū ratio eſt. Quodcūq; cælitū generi tri Alia rō.
butum dicatur: id Deæ matri negari nō debere. Sed cū cœlitū genꝰ expers originis mali ſit: Alia rō.
perabſurdum omnino videri, niſi Deam quoq; matrem: eius mali expertem dicamus. Eo-
demq; modo: nihil qđ Chriſtū nominatim lędat: aut ignominiæ caliginē offundat: ei dan-
dum eſſe opinantur: atqui ſi Dea mater aliquo morbi genere contabuiſſe dicatur: fatēdum
eſſe id Chriſto ignominiæ nebulam offundere: quod dici nullo modo fas eſſe cōfirmāt. At-
q; quaſi nunꝗ̃ ſibi ſint argumēta defutura: ex tota theologica gaza certam rationum ſupel
lectilem conficiunt: qua credunt vel excludere repugnātes: vel ſe tueri poſſe laceſſitos. Sed
tota illa alumna aquinatea, natio, quæ vbiuis eſſe ꝗ̃ in hac cæſiorum ſententia mauult: ho Ratiōes
rum argumenta pumice aridiora cenſet: itaq; placet illis Chriſtum eſſe ſolum in quem eiuſ thomiſta
modi mali non ſit inuecta lues. Idq; hoc modo connectunt. Omne genus humanum quod rum
ſit a liberatore Chriſto reſtitutum: neceſſe eſt aliquo criminum contabuiſſe morbo. Dea au Contra
tem mater eſt a Chriſto reſtituta: igitur aliquo ſcelerum genere contabuit: ac omne genus ſcotiſtas.
hominum quod ſit ex cōcubitu ſalaciq; libidine genitum: originis iuſtitia vacauit: ꝗ̃ illi de-
cernenda erat: ni fuiſſet a primigeno hoīe id facinus patratū: Dea aūt mater ex cōcubitu eſt
venereaq; libidine genita: igit͂ omnino eſt ei iſtiuſmodi ſata labes. Prętereа omne genꝰ hoīm
pro quo liberator Chriſtus nece litauit: in aliqđ cōtinuo eſt genꝰ morbi delapſum. At Chri-
ſtus ꝑ parēte Dea litauit: cōtinuo igit͂ ē ab ea aliqđ mali hauſtū genꝰ. Cū aūt palā negetur
aliquod actu ſcelus ab ea eſſe contractum: neceſſe eſt hunc gentilicium in ea inſediſſe mor-

bum.Poſtremo cum conſecratione eius dilutam tabẽ,tũ id malũ a primigeni hominis ſemi
nario generatim in cunctos profluxiſſe volunt:negantq́ Deam matrẽ ante liberatoris Chri
ſti expiationẽ emigraturã fuiſſe in cœlũ:ac in eiuſmodi cauſę patrocinium non modo mirã
dum Diuorũ cœtũ:ſed etiã ex ipſa ca ſia diſciplina teſtes arceſſunt.Nos vero in tantula cau
ſa ne quid nobis negocii inficiando,aut probando contrahat:Rem integrã ad expendenti
um iudicia referri volumus.

DE PASSIONE CHRISTI.

Ed quoniã de abſolutiõe ſatis eſt ſupra explicatũ:ęquũ quidem eſt:vt de
iis q̃ ad Chriſti ex orbe terrarũ demigrationẽ pertinẽt diſſeratur.Quo ſa
ne loco in cõtentionẽ venitur:Num neceſſe fuerit Chriſtum vniuerſi ge
neris humani noĩe litaſſe.Quorundã enĩ,q ex hęreticorũ armamentario
Opinio multoꝝ. tela depromũt:opinio eſt genꝰ humanũ niſi a Deo vinculis laxari nequi
uiſſe.Nã cũ Deũ nulla neceſſitate pręfiniri velint:quãdoquidẽ Deꝰ om
Opinio thomiſtarum. nipotẽs dicat:ſequi affirmãt minime neceſſe fuiſſe a Chriſto eſſe litatũ.Sed Aquinatum ſo
boles & robur Ariſtotelẽ principẽ philoſophorũ ſequẽs:neceſſariũ varie diffinit.Nã id vno
genere metitur:q̃d naturę ſuæ modo ſecꝰ eſſe nõ poteſt.Ex quo intelligi debere haud neceſ
Ariſtoteles. ſe fuiſſe Dei aut hoĩs natura a xp̃o hauſtas eſſe ęrumnas.Altero vero quippiã neceſſariũ ex
aduẽtitio dici poſſe volunt.Q̃d quidẽ ſi cauſa efficiẽs aut agitatrix ſit cogendi neceſſitatẽ
afferre:quẽadmodũ ſi quiſpiã alterius manꝰ iniectu ingredi nequiret.Si aũt aduẽtitium id
q̃d neceſſitatẽ affert finis dicat:fatendũ eſſe cõfirmãt quippiã pręſtitutione finis neceſſariũ
Opinio ſcotiſtaꝝ. dici:ex quo concludi Chriſtũ ęrumnas finis neceſſitate ꝑtuliſſe.Quã ob rẽ cũ his Scoteorũ
legiões aduerſæ cõcurrũt:quibꝰ nullo modo Chriſti expiationẽ interminatã eſſe placet.Ad
Opinio Durandi quorũ rationes tanq̃ ad crepidines & cautes adhęreſcit Durãdus ꝓbare ſe ſperãs nec quẽq̃
hoĩem nec Chriſtũ quidẽ quantus ſcilicet homo fuiſſe dicat:vniuerſi generis humani noĩe
Opinio thomiſtarũ. Deo facere potuiſſe ſatis:perſolutionẽ æqualitate metiẽs magnitudinis culpæ cõtractę.In
quo Aquinates armis inſtructi adſunt qui a Chriſto actione interiꝰ perpeſſiõe ꝑ aduẽtitia,
vniuerſum humanũ genus expiatũ volunt:factũq́ Deo ſatis.Qui autẽ in Theologia tanq̃
Opinio aliorum. per ſentes ſuſpenſo pede incedunt:affirmãt Chriſtum dum latus vitamq́ corpoream Deo
parenti vouit:non modo pro hominum noxa æs alienũ perſoluere:ſed etiam beneficia ho
mini præſtita æquare potuiſſe.Quæ ratio multos impulit vt nullo alio modo q̃ Chriſti li
Alia opinio. tatu genus humanum vinculis laxari potuiſſe opinarentur.Et contra nonnullis Atticibꝰ
theologis alio genere æquius,q̃ Chriſti expiatione liberari potuiſſe viſum eſt.Quorum lip
Alia opinio. pitudini collyria adhibemus:affirmantes quodlibet genus eo congruentius ad finem per
ſequendum videri:quo plura ex eo ad finem tempeſtiua oriantur.Atqui cum multa ex
Opinio catholi. Chriſti litatu ad hominis incolumitatem,citra noxę expiationem naſcantur:fateri neceſſe
eſſe dicimus:id maxime congruens fuiſſe liberandi genus.In quo ſunt a multis quæſita in
Opinio quorũdã terpoſita:quibus parum decorũ id genus necis videret:eãq́ ſententiam Damaſceno vade
obſtringunt:qui Chriſtũ neget abiectiſſimas ęrumnas exãclaturum fuiſſe.Sed cũ nex Chri
Ioannes Damaſ. ſti ignominioſiſſima fuiſſe videat:haud ſane cõſentaneũ eſſe:ei id genꝰ necis fuiſſe illatum.
Quorũ tãq̃ epheboꝝ gymnica excurſio:ab eq̃tatu nr̃o coercet.Siq̃dẽ eas abiectas ęrũnas a
Catholica opinio Chriſto recuſatas dicimꝰ:q̃ ad gr̃æ aut doctrinę defectionem pertinẽt:non autem illis cum
obſtitiſſe:quæ ad iniuriam ab altero illatam pertinerent.Quo conſtituto omnis aculeato
Alia opinio. rum ſophiſmatum acies retunditur.Sed multi tamen quaſi concluſionum oppugnãdarũ
periti,Chriſtum dicunt omnes fuiſſe ęrũnas tolerãdo perpeſſum.Idq́ ſanctiſſimi hominis

Hylarii ſyngrapha confirmant:qui omnes humanas ęrumnas a Chriſto hauſtas fuiſſe ſcri- Hylariꝰ.
bar:cum nouiſſima verba fatus demiſſa,ceruice animā efflauit.Quo quidē loco Diuꝰ Tho D. Tho.
mas:qui quaſi portitor omnium ſinus, & manticas ſcrutatur: ne quid occulatur quod ad
chriſtianū vectigal pertineat:cū humanas ęrūnas ſpeciei modo metitur:negat neceſſe fuiſ-
ſe oīa ab eo cruciamentoꝝ genera eſſe ſuſcepta:cū plaræq; inter ſe ærumnarū ſpecies diſſi-
deant.Cū autē eas genere expendit:eū affirmat oīa humana tormenta perpeſſum.Cui qui Catholi
dem ſententię aſſentitur orthodoxerū ſenatus concors.Nā Chriſtū & decuriatim & plębi- ca opi-
ſcito,& edictis magiſtratuū,quaſi perduellionē male mulctatū ſcimus:& tum a viris,fœmi nio.
niſq; omni probroꝝ genere cōtumelioſiſſime vexatū:Tum ab interioribꝰ proditū, & deſer De effe-
tum,ac rurſum euelatū,& diuaricatū ad tunicā interulam:eiuſq; fractas,tranſfixaſq; ceruí ctibꝰ paſ
ces,& conſputa ora,virgis deniq; inſontē cæſum populo cachinnante teſte.Itaq; ob id per- ſionis.
quiritur:quales ſint effectus conſecuti.Multi enim vaferrimā cauillationē ſtruunt: qua ne Opinio
gant ob Chriſti litatū hoīes carnificis Dæmonis nexu eſſe liberatos. Idq; hoc modo cōne- erronea.
ctunt.Is enī vim & dominatū in alteꝝ non nanciſcitur: in quo alterius iniuſſu imperio de-
fungi non poteſt.Atqui cū Dæmon nihil vnq̄ ſit Dei iniuſſu in hominis perniciem moli-
tus:perfacile notum eſt Dęmonē nunq̄ in hominē,vim & dominatū eſſe nactū.Quod cum
ita ſit:perſpicuum eſt etiā minime ob Chriſti litatum hoīes Dęmonis dominatu liberatos.
Quod cōtortum argumenti genus rectiſſime ad perpendiculū & lineā erigimus:Cū affir-
mamus hoīem ob Chriſti expiationē cōpedibꝰ laxatū:quatenus ſcilicet ea expiatio eluen-
dorum criminū cauſa dicatur:aut quatenꝰ per eam ſit cū ſtatore Deo recōciliata gratia.Et
q̄q̄ modo annuente Deo a ſonte Dæmone animæ hominū irritari,corporaq; vexari poſſint Remiſ-
Chriſti tamē expiatione antidotū eſſe adhibitū dicimus:quo homines contra eius inſidias ſio pecca
muniantur:labiſq; mulcta liberentur:cū antea hoīes nunq̄ ita ex eius vlnis elaberētur:quin torum.
eſſet ad ditis antrū excedentibus manibus meandū. Quo quidē omniū conſenſu probato
de Chriſti morte diſceptatur.In quo loco theologoꝝ altera lux Scotus ꝓbat minime Chri- Scotus
ſto moriendi neceſſitatē inuſtā: aut neceſſario eius mortale fuiſſe corpus: cū dicat miracu-
lo id tabeſcibile fuiſſe:affirmās affluentiā gloriæ animæ ad corpus,miraculo impediri:quo
perfecto corpori ſit moriēdi neceſſitas inuſta:cū nec gloria in corpus redūdaret: nec corporꝭ
natura originis iuſtitiā nanciſceretur:qua corpus a tabe integrū ſeruaret. Ad cuius ſenten-
tiæ vadimoniū prędem Auguſtinū adhibet:in quo argumenti ponte multi cū pra ſtolātur D.Aug.
armati:dicuntq; his rationibus tantū confirmari Chriſto ob diuinitatis naturā moriēdi ne Contra
ceſſitatē inuſtā nō fuiſſe:ſed negant ab his cōcludi eū moriendi neceſſitatē nō eſſe nactum: Scotum.
& propter decretā metā finis,& propter vim agentis aduentitii. At Diuus Thomas in ſen S.Tho. i
tentiarū ærario probare videtur Chriſtū non modo corporis:ſed etiam animę natura mori iii.ſentē-
endi neceſſitatem eſſe nactū.Sed in eo qui eſt tertius theologumenon libroꝝ cinnus eo de- tiarum.
migrat:vt Chriſto corporis non animæ natura moriendi neceſſitatem inuſtā velit. Si autē In tertia
eius columnis capitula & epiſtylia adiicere velimus: Chriſti animā dicemus aliquā nactā parte.
eſſe corpori influendi vim:ne patibile vllo modo cōſtaret.Ex quo pręclare ſequi Chriſto aīæ Theolo-
natura nullā moriendi neceſſitatē inſitam fuiſſe.Sed cur corpus non afflaret:id tum ex par gi hodi-
titione diuina oriri:qua Chriſti anima partim beata nec patibilis:partim haud beata & pa- erni.
tibilis exiſteret:Tum item ex anima naſci:quę q̄q̄ velut ſtatoris inſtrumentū vim nanciſce
retur corpus a quacūq; tabe tuendi:tamē cū ob eā partē quæ corpori iugabilis ſit:nondum Quęſtio
cumulate beata videretur:Propterea negemus eū nactū eſſe vim inhęrentē & propinquam dē morte
ad afflandū.Ex quo quidem facultas diſputandi ſuppetit:Num leto ſit a corpore ſciuncta Chriſti.
diuinitas?Durandi enim extrinſecus inaurata ſententia eſt, poſt necem a corpore diuinita Durādꝰ
tem eſſe ſecretam.Cōtra quē Atracinus Capreolus diſſerens probat vbiuis tutius eum: q̄ Capolus

D.Tho. In ea ſententia fore. Quod quidẽ aurũ ex Thomæ crumena deprõpſit. Multi etiam Chri-
ſtum illo ipſo mortis triduo hominẽ extitiſſe adiecerunt. Quod ſane falſum omnino videri
debet: cũ maxime mortis veritatis interſit: poſt letum hominẽ eſſe deſinere: quandoquidẽ
mors hominis ab animæ ſecretiõe naſcatur: qua hominis abſoluta ratio cumulatur. Ideoq;
Vgo de ſ. victore — male Vgo Victorius Chriſtũ ipſo triduo hominẽ extitiſſe probare conatur animã hominẽ
eſſe affirmans. Nec multo ſecus a ſententiarum principe in hac opinione peccatur: q̄q̄ alio
Magr ſententiarũ. — flexu declinet: & quaſi alteriꝰ pedis ſolea altiuſcula vtatur ne claudicatio appareat. Quod
idem fere perſequitur Aureolus dum hoc argumẽtatiõis genus propoſitionũ terminorũq;
Aureolꝰ. — dialectica natura metitur: quod quidẽ ad Alberti præſcriptum Capreolus retorquet. Quo
Albertꝰ. — concertationis loco explicato de Chriſti humatione loquimur. Plęriq; enim hoc in illiꝰ quæ-
Capreolus. — ſtionis orbem detrudũt: qua affirmatur haud decore humatũ fuiſſe Chriſtum: cũ tonantẽ
& fulgentẽ Deũ fas eſſe negent humari. Quibus dicendũ eſt conſentaneũ eſſe necis verita-
tis teſtandę gratia humatũ fuiſſe Chriſtum. Nec eñ quiſpiam humatur: niſi exploratiſſi-
Pilatus. — ma leti ſigna antecedant. Ideoq; Pilatum pontiũ Diuus Marcus ſcribit anteq̄ humandũ
S.Marcꝰ — Chriſtum cõceſſiſſet: clariſſima leti indicia quæſiſſe. In quo etiam multi honorificentius
humationis genus putauerunt: q̄ ignominioſiſſima nex poſtularet: nec cõſentaneũ videri
homines nobiles pollinctores, & veſpillones extitiſſe. Quorũ rationũ quiſquiliæ ſatis ſunt
D.Aug. — a Diuo Auguſtino, Hieronymo, & Beda reiectę. Ad eorũ eñ ſententiã tanq̄ ad ſtatuã con-
D.hiero. — fugitur. Sed interim de Chriſti ad herebũ itione Mars atrox excitatur: nonnulli enim cũ le-
Beda. — to Chriſti animã a corpore ſecretã putent: haud eũ animæ tantum natura cocytũ & auer-
num tranſgreſſum volunt: quãdoquidẽ animã corpore vacantẽ dicant: quæ motu loci mo-
Ariſtot. vi. Phiſi. — ueri nõ poſſe appareat: cũ id Ariſtotele Auctore corporeũ dicatur. Cũ autẽ itio corporis mo-
tum oſtendat: facile perſuaſum volunt haud conſentaneũ videri Chriſtum ſtygem & co-
Opinio catholica. — cytum tranſmiſiſſe. Quã verſicolorẽ ſentẽtiam plęriq; vt pueri pauonis caudã mirant̃. At
ſanioribus nullo modo placet Chriſti animam eo genere motꝰ: quo corpora, ſed eo genere
quo coelites mouentur ad herebi antrum deſcendiſſe. Durandus aũt paludamẽto circa la-
Durãdꝰ contra Thomã. — certum obtorto in Diuum Thomã armatus irrupit: probãs Chriſtum animæ natura haud
veriſſime: ita vt merę naturæ cõſpectu adeſſet: ſed ſolũ quo ad effectũ ad orcum perueniſſe.
In quo genere quęſtionis argumẽtando irracuit: q̄q̄ ei ſententię vt obſoletę chlamydi pata-
Picꝰ mirandula. — gium ſuperinduxit Picus noſter Mirandula dũ magis ambitu gloriæ q̄ acerbiore odio qui-
buſdã obtrectat. Verũ nerui atq; ortus Chriſtianæ ſoliditatis ſunt Chriſtũ animæ natura
D.Tho. — veriſſime ad ipſam ditis domum profectũ. Quæ cauſa Diuum Thomam excitauit: vt pro-
baret duplex eſſe genus in aliquo conſiſtendi: quorũ vnũ effectu expendet: quo quidẽ Chri-
ſtum oẽs herebi gurgites, latebraſq; ſcrutatũ fuiſſe dicit: ſed ſecus cũ in imis auerni faucibꝰ
inficiantẽ perfidiã ſontibꝰ manſibꝰ obiiceret: & tum iis quoq; eſſet pręfinito tẽpore expiabi-
le crimen ſpem certiſſimę gloriæ pręberet: Tum ſanctiſſimas Heroũ vatũq; animas euoca-
ret in coelũ. Altero vero genere quippiã in aliquo loco cõſiſtere ſuapte natura dicendũ pu-
tat. Quo chriſti animã ad eã tantũ herebi partẽ meaſſe dicit: qua piorum foelices animæ
continerentur. Ita vt cum in vna herebi parte conſiſteret: eius effectus ad omnes tartareas
carnificinas dimanaret.

DE RESVRRECTIONE. ET DE ASCENSIONE CHRISTI.

AC de Chriſti quidẽ litatu fere ſatis eſt dictũ. Sequitur deinceps vt de re-
ſurrectiõe & de emigratione in coelũ dicat̃. Itaq; fundamẽta iacimꝰ: qbꝰ
neceſſariam fuiſſe reſurrectionem confirmatur. Nam primũ dei perma-
gni intereſſe dicimus: eos ſublimes ferre qui ſe pro eo abiecerint: cũ autẽ
ſeruator Chriſtus turpiſſimum cruciatus necíſq; genus, patendi cauſa

ſubierit neceſſe fuiſſe dicimus: vt ei a Deo reſurrectionis gloria decerneretur: tũ vt eſſet eius diuinitatis fides teſtatior: tum vt ſpes hominũ fidẽtius excitaretur ſimilitudine reuiuiſcentis Dei. Sed interim nata eſt cõtrouerſia: Num poſt reſurrectionẽ merũ corpus extiterit. Multi enim quibus philoſophia tanq̃ arborum denſitas coeli conſpectum adimit: merum corpus ab intuentiũ obtutu euaneſcere negant: niſi id fortaſſe extabeſcat. At cum Chriſti corpus a diſcipulorum cernentium obtutu euanuiſſe dicatur: præclare cõcludi putãt: minime poſt reſurrectionẽ merũ corpus extitiſſe. Quorum quidẽ viæ facile interſcindi poſſunt: cũ Chriſtum immortali natura reuixiſſe cõfirmatur. Cõditio enim corporis gloria præditi ſpiritus naturæ ſubiicitur. Vt autẽ omnino corpus ſit ſpiritus naturę ſubiectũ: neceſſe eſt vt omnis corporis actio ſpiritus voluntati ſit tanq̃ imperatori ſubiecta. Quod autẽ quippiam cernatur: actione fit: vt ait Ariſtoteles: aſpectabilis in aſpectum. Quã ob rem quilibet corpore gloria prædito informatus: ſimul ac ei collibitum eſt: & ſpectari & nõ ſpectari poteſt. Quod quidẽ nõ modo corporis natura: ſed etiã diuinitatis vi in Chriſto fuiſſe volumus. Ex quo eũ a cernentium aſpectu euanuiſſe dicimus: non quia extabuerit, aut ſit in quippiã inaſpectabile conuerſus: ſed quia ſit voluntate cerni deſitus. Quibus aſſumptis poſt reſurrectionẽ merũ corpus extitiſſe cõfirmatur. Sed interim etiã ſciſcitationes interponuntur. Num corpus integrum exſuſcitatum dici debeat: rectiſſime enim id corpus eadem natura: ſed non eadem gratia præditum extitiſſe probatur. Ex quo quidem quicquid ad corporis humani naturam pertinet: id totum in reuiuiſcentis Dei corpore fuiſſe dicendum eſt. Nam cum ſanguine, corde, iecore, humani corporis natura teneatur: minime abſoluta reſurrectio dici poterat: ſi corpori quicq̃ horum abfuiſſet. Ab his deinceps de emigratione in coelum quæſtio colligitur. Quidam enim qui Chriſtum tanq̃ Socratem aut Platonem de facie mirari voluiſſent: Haud cõſentaneũ arbitrati ſunt: cum in coeleſtem locũ euolaſſe. Nã cũ ab eo incolumitatis noſtrę cauſa naturã humanã aſcitã dicant: ſalubrius hominibus futurũ cõfirmant: ſi eſſet in terris inter hoĩes verſatus. Quorum ſuperba inſcitia facile cognoſci poterit: ſi dicatur locũ ſtatuto appoſitũ eſſe debere: cuique poſt reſurrectionem immortalem, nec labefactibilem vitam exorſum. Atqui cum is quẽ incolumus locum, ortus & tabis locus dicatur: coeli autẽ locus nullo mõ extabeſcat: magis cõſentaneũ fuiſſe dicimus eũ emigraſſe in coelũ: q̃ in terrarum gurguſtio ſubſediſſe. In quo etiam multi, quaſi huic quęſtioni pluſculũ ſalis adiiciant: negant ſuapte virtute Chriſtum in coelum euolaſſe. Nam cũ affirment eius corpus terrena natura fuiſſe concretum, fieri nullo modo poſſe dicunt: vt id corpus ſuapte vi, aut natura, ſuperiora capeſſeret. Quibus maleſanis metaphyſicis: q̃q̃ concedatur id corpus minime ſuapte vi in coeleſtem locũ emigraſſe: reſponderi tamen ſolet. ſuapte diuinitatis foelicis. q animę nutu in coelum volucre pondus ſubuolaſſe. Nec enim cõtra naturam eſt corpori prędito gloria ſuperiora capeſſere. Cũ ſit id omnino totũ ſpũs naturę ſubiectũ. Atque etiã permagni referre dicitur. Num ſupra omnis coelos euolarit. Quo quidem loco pręclare oſtẽditur: quod quo quodpiam corpus diuinitatis abſolutius eſt particeps: eo ſit corporũ ordine ſuperius: qui loci ordo dicatur. Ex quo quidem ſciri poteſt quod corpora quæ plus formæ nanciſcuntur: vt ait Ariſtoteles natura ſuperiora ſunt. Nam eodem Ariſtotele auctore: quidlibet forma diuinitatis eſt particeps. Atqui fateri neceſſe eſt corpus ob gloriam plenius diuinitatis eſſe particeps: q̃ quodcunque corpus forma naturę. Cũ autẽ perſpicuum ſit id inter omnia corpora gloria prędita ſplendidius elucere: neceſſario concedendũ eſt, id quoque ſupra omne genus corporum ſtatutum videri. Eodemque modo dicimus: eam emigrationẽ incolumitatis noſtrę cauſam fuiſſe: ob eamque nobis patefactum eſſe iter in coelum.

Aritot. in.ii.de anima.

Ariſtoteles in q̃rto phy. &.ii.Coeli. Idẽ in prĩo phyſicorum.

DE VIRTVTIBVS THEOLOGICIS.

SED nec alienum quidem tẽpus eſt: vt de fide quęratur. Cuius quidẽ rei eſt ratio duplex: vna qua hominũ generi credibile quippiã affertur. Altera in qua earum rerum aſſenſus poſtulatur: quę afferuntur. In quo tamẽ fatẽdum eſt, fidem a parente rerum Deo manare. Etenim ea quę fide cõtinentur: ſunt ſupra naturę cõplexum ſita: nec in hominũ cõtẽplationẽ ſine diuina patefactione cadũt. Nã nõnullis quędã Deus ſine interme-dio edit: vt ea quę ſunt vndeci viris diſcipulis aut vatibꝰ patefacta: nõnullis quędã per pręcones edicit. Itaq; ob eã cauſam articulatim eſt fidei diſtincta ratio. Nã quędã ad diuinitatem, quędam ad humanũ amictũ inductum pertinent: quę vno ſenatus ſymbolo continentur. Ex quo eſt intelligi neceſſe ad incolumitatẽ hominũ: fidem eſſe neceſſariã: quæ credenti ab auctore rerum Deo inſeratur. Nã cũ extima fœlicitas in Deo contuendo verſetur: nullo modo homines ad eũ obtutũ peruenire poſſent: niſi velut diſcẽtes a ſatore deo docerentur. Cuius quidẽ doctrinę nõ cõtinuo, ſed ꝓgreſſione compotes naturę ſuo modo fiunt. Quare neceſſe eſt vt hoĩes nõ modo fidenter ea ꝑcipiãt: quę ſunt ſupra naturã ꝓgredientẽ conſtituta: ſed etiã ea q̃ ratione ꝑcipi poſſunt: idq; ob eã cauſam neceſſe fuiſſe dicimus, quo celerius hominũ mẽtibꝰ diuina imprimeretᷣ notio: ſiquidẽ metaphyſice, qua Deũ eſſe probatur: per ſcientiarũ orbẽ extima perdiſcitur. Ex quo cauſa eſſet vt hoĩes ad Dei notionẽ nõ niſi ætate exacta peruenirent: idq; ob id etiã datũ eſſe volumus: vt generatim in hominũ mẽtes agnitio penetret: & influat. Nã cum multi aut propter negocia vitę: aut ꝑpter difficultatẽ indagãdi vel ꝑpter hebetiorẽ ingenii aciẽ lõge ab expleta abſolutione abſint: intelligi poſſet eos oĩno Dei agnitiõe fraudatũ iri: ni fide diuina informaretᷣ notio. Eodẽ accedit ꝙ nihil eſt fide teſtatius: etẽ ratio multũ a rerũ diuinarũ cognitiõe abeſt. Id pręclare patet: ꝙ ab omni philoſophorũ genere in naturali rerũ humanarũ explicatiõe titubatũ fuiſſe ſcimus: multaq; ab his inter ſe pugnantia cõſcripta legimus. Itaq; quo ſplendidius dei notio eluceſceret: neceſſe fuiſſe dicimus: vt fide in hominũ mentes rerũ diuinarũ agnitio illaberetur: quo oraculo nihil ſit in omni natura veracius. Quãobrem iure ꝓmulgatũ eſt: ne cui liceat a rata fidei mẽ-ſione deſciſcere. Duplex eſt autẽ hominũ deſciſcentiũ genus. Nam vnũ genus eſt eorũ, qui ne tantulum quidem credendũ putant. Quales Iudęi aut Parthi nominantur. Alterũ vero

De hęreticis.

genus eſt eorũ: qui ex prouinciis vectigalibus plane bene Chriſtũ fatẽtur Deũ, ſed ea nullo modo ſeligunt: quę conſignatis decretis veriſſime traduntur: cũ id maxime conſectentur: ad qđ ſuopte ingenio rapiantur: ideoq; qui eiuſmodi ꝑduellionatꝰ poſtulãtᷣ: nõ modo põtificio interdicto ex Chriſtianorũ cœtu extrudunᷣt: ſed etiã nece ex terrarũ orbe pellunᷣt. Nam ſi hi qui nummos adulterant morte mulctantur: quid de illis ſtatuendũ cẽſemus: qui fidem peruertere conanᷣt? At ſenatus tamẽ cõſulto, eiuſmodi trãſfugarũ generi diuturnior ĩpunitas cõcediᷣt: quo ſpatiũ poſtliminii ſordiũq; eluẽdarũ deᷣt. At cũ nihil eſt pertinaciſſimo perduellioni loci: ne velut rancidius malum cętera pomorũ genera cõtaminet: Põtificio primũ interdicto ex orthodoxeo foro elicitur: ad pretoria deinde tribunalia raptus buſtuariis exurẽdus datur. Sed incidit hoc loco contentio. Num ſpes theologica ſit nominanda virtus.

De ſpe

Multi eñ ſatis negocii habẽt: Si ſpei accliuã hipoteſim eſſe dicant. Atqui cũ accliuitas maxime magnanimitatis ſit: q̃ in moraliũ virtutũ genere numeretur: nihil abeſſe putant: quin ſpes morũ potius virtꝰ q̃ theologica nominanda ſit. Plęriq; etiã, quibꝰ nihil eſt hac opinione potius: cũ virtutẽ theologicã in duorũ vitiorum meditullio verſari opinentur: ſpemq; inter deſperationẽ & arrogantẽ cõfidẽtiã cõſtituant: fatendũ eſſe dicũt: ſpem nullo modo virtutẽ theologicã videri. In quo ſane lituus & tuba Chriſtianorũ. D. Thomas eſt adhibendus auctor: qui cũ ſpei quatenus virtus dicatur: principem hipoteſim Deum eſſe cõfirmet, ſatis eſſe notum probat, ſpem debere virtutem Theologicam putari: q̃q̃ Durandus hanc

ſententiam tanq̃ ſtatuā inchoatā abſoluere conatur:in quo ſane intelligi poteſt: caput ex-
cellentis artificis & diſcipuli reliqua mēbra videri. Atq; illud etiam intelligendum eſt ſpem
imprimis fœlicitatem quæ in Deo cernendo verſatur tanq̃ laternā intueri. Cum autē ſpei
hipoteſis:vt res quę eſſe poſſit obiiciēda ſit quę fidei cōtinet:neceſſe eſt vt fides tanq̃ dux &
anteſignana antegrediat. Itaq; negamus fœlices in aliquo ſpei genere verſari: quandoqui- | Beati nō
dem fœlicitas ſit præſens: & ſpes futura cōplectat. Sed his q viuūt & his qui in expiatore or | habent
co plectūtur haud quidē ſpes fœlicitatis cōſequēdę adimitur. At vero reorum Damnatorū | ſpem.
ꝙ genꝰ:cū fœlicitatem vt res quę eſſe poſſit:nullo modo percipiat,haud ſane in aliquo ſpei | Dānati
genere verſatur:propterea ꝙ ęrūnarum eorum interſit ſcire ſpem nullā ex ęrūnis exeundi re | nō hūt
fidere. Eodēq; modo de charitate diſputat:ſiquidē charitas eo ſplēdidiꝰ ex oīm virtutū ge- | ſpem.
nere floret:Quo propior eſt Deo. Nam cū ortū ex fœlicitate nanciſcatur: nullo modo no- | De chari
bis naturę vi parta ineſt:ſed ſpiritus afflatu illabitur. Itaq; intelligendū eſt eā ditius in vita | tate.
locupletari poſſe:ſed cum omne cōtrariū alterius interuentu adimat: ſciri neceſſe eſſe: eam | Charitas
quoq; capitalis tabis interuentu tolli. Nā queadmodū lucē in aere deeſſe dicimus:ſi ſoli ca- | poteſt
ligo offundatur:ſic eam in anima deeſſe volumꝰ:ſi dei afflatus ſceleris tabe tanq̃ velo quo | augeri.
dā obtendatur. Sed cū charitas latiſſime pateat: maxime in generis humani ſocietate cer-
nitur. Itaq; ob eam cauſam nephariorꝫ etiā hominū eſt ſeruanda communitas:propterea ꝙ | Scelerati
fœlicitatis ſit eorum natura capax. At cū culpę contractę ratio expenditur:qua fiunt hoīes | ſūt amā
fœlicitatis expertes: Tum nō modo hi cū quibus nulla eſt nobis propinquitatis colligatio: | di ex cha
ſed etiam parētes & liberi odioſi eſſe debent. Quare pertinet ad oēs ſcire in hac hominū ſo- | ritate.
cietate ordinem oportere ſtatui:quandoquidem ordo prius & poſterius cōplectatur. Gra-
dus igitur ſocietatis hominū hoc modo deſcribuntur:vt arctior ſit ſocietas propinquorū:a
qua diuelli natura nequeamus:cū princeps ſit & natura ſolidior. Si aūt diſceptatio aut col-
latio fiat:quibus plus ſit charitatis impertiēdū:dicendū erit ob initiū plus parenti q̃ libero
eſſe tribuendum. At ſi verius neceſſitudo expēdatur:nemini dubiū eſſe poteſt: id plus amo
ris flagitare quod arctius aſtringitur:ex quo vt ait Ariſtoteles cauſa eſt:vt plus amoris filio
q̃ parenti debeatur:ſiquidē pater liberū amat tanq̃ quippiam ex ſe manans:quod idem filio
nullo modo contigit. Eodem accedit ꝙ parentis diuturnior eſt amor. Nam liberi a paren-
tibus in crepundiis primoq; naturæ ortu diliguntur:contraq; parentes a liberis ſero & ęta-
tis progreſſione amantur. At amor quo vetuſtior eo abſolutior eſſe ſolet. Itaq; dubitari non
poteſt:quin iure plus amoris ſit a parente q̃ a matre repoſcendum. Cū pater in pręſtantiori
originis ratione verſetur:& mater patibilē naturā nanciſcatur:eodēq; modo de omni pro-
pinquorum genere diſſeritur:quomodo ſit quiſq; minus magiſve colendus:ac in eiuſmodi
quęſtione a noſtris de pace,de donatiōe,de obiurgatione,& quę ſunt generis eiuſdē diſpu-
tatur. Siquidem paci inquiūt diſſidium & bellum opponitur. Diſſidium eñ eſt hominum | De diſ-
cohęrentiū charitate repugnante diſtractio. Bellum aūt eſt hominū diſſidētiū armata de- | cordia &
certatio. At bellorum ęquitas ſic tripertito diſcerpitur:vt in principum auctoritate:in cau- | bello.
ſa,& dimicantium voluntate verſetur. Principum autem haud ſecus intereſt ferro hoſtes a
finibus arcere:ac nepharios & ſontes punire domi. Cauſarum autē iniuſtarum multa ſunt
genera. Nam quędam appetentium:quędā vafertime eripientiū:quædam iniuſte laceſſen
tiū nominant. Voluntas vero dimicantium legitima putatur: cum ab his nec cupide nec
acerbe bella geruntur:ſed bellum ita ſuſcipitur:vt pax ſola quęratur. Ideoq; iure ſancitum
eſt:vt initiati & flamines exleges dicantur:ſi temere in acie & dimicatiōe verſentur: aut ea
prœlia ineant:quibus humanus cruor profundatur. Eſt eñ bellum ritualis cultus & preca
tionum hoſtis. At vero donatio quæ a gręcis ἐλεημοσύνη dicitur benigna eſt ſuffragandi | De elec-
voluntas:quę egentiſſimo cuiq; opitulat. Hanc eñ noſtri in ſeptem genera diuidunt.nam | moſyna.

re diſſeritur:innexoq́ꝫ virtutū ambitu oſtenditur:mēdaciū primo a veritate diſſidere: defi-
niunt em̄ veritatem ęqualitatē:cui nimiū & parū opponatur. Quoꝝ alterū auctore Ariſto
tele ad oſtentationē:alterū ad ironiā pertinere volunt. Sed a multis mendaciū tripartito de
ſcribitur:quorum vnum pernicioſum,alterū facetū,tertium officioſum dicatur. Pernicio-
ſum eſt em̄ pixis & quędā veneni latebra:qua alteri nocetur. Facetū eſt: quo hominū mētes
ad ſuauitatē exhilarant. Officioſum vero eſt quo hoies iuuant:aut nocitura tollunt. Quæ
quidē genera leuius aut grauius,trutina culpę cōtractę pōderant. At ironia tum maxime
crimen putatur:cū palam ſibi aut ꝑuos quoſdam addit:qui deſint: aut quædā prēſtāriora
demit:quæ ſuperſint. Eodēq́ꝫ modo oſtentatio malum capitale nominatur:ſi doloſe aut cū
alterius iactura fiat. Liberalitatē aūt ſic definimus:vt ea ſit ad bene de multis ꝑmerendum
opitulatrix virtus:Quę crumenam in largiendo laxet. Contra quam maxime Auaritia ex-
ardeſcat. Ea enim eſt opum inexhauſta auiditas: quę tanq̄ mare nulla acceſſione redundat.
Ex cuius tenebricoſo antro exiliunt velut ſerpentes: Proditio, Fraus, Dolus, inquies, vis,
peierario, & dura quędam ad opem ferendam ſilex. At contra prodigalitas extra ripas largi
endi defluit: quod eo leuius malum videri debet:quo pluribus largiendo ſuffragatur: aut
quo propinquius liberalitati adhęreſcit: ſimiliſq́ꝫ eſt fortitudinis deſcriptio: quæ cum ada-
mas omnium virtutum ſit: ac tam expultrix formidinis q̄ moderatrix audaciæ dicatur:nul
lo modo a bonorum genere metu: aut periculorum magnitudine auocatur: eiq́ꝫ maxime
eſt coniuncta magnanimitas, quatenus ſcilicet in rerum magnarum difficultate verſetur.
Itaq́ꝫ extra eam Arrogantia, Ambitio, & gloria inanis. Quam græci Cenodoxiam vocant:
ſuperfluentes redundant. Arrogātia em̄ eſt inſolens ſupra naturā ſuam elatio: Ambitio eſt
immoderatior honoris cupiditas. Cenodoxia vero eſt mundi cymbalum cum oſtentatione
prēſtantię:qua hoies tanq̄ pauones cauda lætantur. Ex ea em̄ contumacia, oſtentatio, perti
nacia, diſcordia, & arrogantia oriri putantur. Sed magnanimitati item contraria Animi te
nuitas: quam gręci μικροψυχιαν vocant opponitur: quandoquidē magnū & parū inter ſe
ſuapte natura diſſideāt. Hęc eſt naturę ſuę inſcitia: quę robur virtutis delībat: ac a reꝝ ma
gnitudine recedit:quarū eſt aptiſſime capax. Magnificētiā autē volumus ex eadē fortitudi
ne naſci, quæ ſit magnorū operū cōfectrix cū decentia ſumptuū collocādoꝝ. Nec longius
quidē patientia ab eadē fortitudine abeſt:quæ eſt rationis contra triſtitiā tutatrix. Nihilo
ſecius erit de perſeuerātia:quę a græcis διατελεια vocatur:& cōſtātia dicendum: quę q̄q̄
in limitis genere cōgruant:hac tamē inter ſe ſpecie differūt:vt diatelia ſit cōtra eā difficul
tatem. Stabilitas quæ ex operę diuturnitate oriatur. Cōſtantia vero cōtra eam difficultatē
firmitas putetur: q̄ ex externa interpellatione naſcatur. Itaq́ꝫ maxime a Diatelia mollitu-
do abhorret, quę ob eā cauſam a bonoꝝ genere recedit: ꝓpterea q̄ languidius in ꝑferēdo liq̄
ſcit facileq́ꝫ vt ait Ariſtoteles ab imbecillo flectente torquet. At ꝑtinacia maxime explodit:
q̄ ex rationis prēſcripto egrediatur: & velut callum obduxerit nunq̄ ex inſita ſententia de-
ducatur. Sed in hoc genere vna e multis Tēperantia tanq̄ virtutū laternaria laudatur. Ea
em̄ eſt virtus hoiem ex integra ratione ad bonoꝝ genera impellens: turbidas ſapoꝝ tactio-
numq́ꝫ affectiones ſanans, ęgritudinemq́ꝫ ſedans: quæ ex voluptatū vacuitate oriatur. Cū
ea vehemēter Torpor quē græci Aneſteſiam vocant: & Intemperātia digladiatur. Torpor
enim ita iſtiuſmodi voluptatum genera refugit: vt illa etiam omittat: quæ ſunt ad naturæ
neceſſitatē data. Quod quidem crimen videri debet: nā cum ſint voluptates rebus neceſ-
ſariis a natura ſatę: tantū eſt his impertiendum: quantū ſit ad humanā naturā ſatis: q̄q̄ in-
terdū earum vacuitatem neceſſariam dicamus: quemadmodum interdū ad integritatem
valitudinis neceſſariā parſimoniam putamus. Intemperātia vero auerſa eſt a ratiōe ad ſu-
peruacaneas cupiditates turbida cōmotio: quę eo longius ab hominū prēſtātia diſtat, quo

mēdaciū
Veritas.
Triagnia
mēdacii.
Ironia.
Iactātia.
Liberali
tas. Ex
auaritia.
Proditio
Fraus.
Dolus.
Igetudo.
Violētia
Periuriū
obdura.
contra
miam.
ꝓdigali.
Fortitu.
Magna-
nimitas.
Arrogā.
ambitio.
vanaglā
Cenodo
xia. Ex
vana glā
iobediē.
Iactātia.
Ironia.
ꝑtinacia
Diſcor.
ꝑſūptio.
Puſilla-
nimitas.
Micro-
pſychia.
magnifi.
Patiētia.
diatelia.
Cōſtātia
mollities
ꝑtinacia.
Tēpātia
itēpātia.

minus abeſt: a natura ferarum. Sed ex Tēperantia oriūtur tanq̄ ex matre liberi: Verecūdia, Honeſtas, Parſimonia, Ieiuniū, Sobrietas, Caſtitas, Virginitas, Continētia, Clemētia, Māſuetudo, Modeſtia, quæ a græcis σπουδαιωσισ, dicitur: aut ſi quę eius generis ſunt. Verecundia enim hoc modo deſcribitur: vt ſit culpę ſpectatrix: & tenerrimus oculorum pudor: quę a criminū genere, infamię metu arceatur. Honeſtas vero non modo germana virtutis: ſed etiā tanq̄ quędā temperantię cōditio deſcribitur. At Parſimoniam victus moderatricē definimus. Ieiunium autē cupiditatū carnificem: quo mens ad ſuperarū rerū cōtēplationē efferatur: faciatq; p ſcelerū genere ſatis. Ex quo ſenatuſcōſulto anniuerſariæ exutiales ferię edicūtur: quibus cupiditatū ardor referueſcat: & integra natura ſeruetur. Sobrietas autem potationū menſio nominatur. Ne ratio languefacta elidatur: vini eñ capnotes cerebri naturā quatit. Ideoq; maxime mulierculas & pueros abſtemios eſſe debere dicimus: quorum alię propter rationis imbecillitatem: alii propter ætatis feruorem procliuius ad blādiſſima voluptatū genera labātur. Caſtitas autē eſt libidinoſarum cupiditatū domitrix, cuius aſſeclatrix eſt Virginitas quę a gręcis παρθεɥία nominatur. Eſt eñ hęc illibat⁹ flos: & puritas venerię labis expers: cū perpetua animi inductione carendi: quo in coelibatu fit ad cōtēplādum aptior. Cōtinentia vero eſt prauarū cupiditatū repulſio. Sed Clęmentia a māſuetudine ſic differt: vt clęmētia ſit extenuatrix poenarū: māſuetudo vero irarū mitigatrix. Modeſtia autē eſt mediocritatū metatrix: Ex qua humilitas oritur: quæ cū ſit ſui gnara: animo frenum adhibet: ne inſolētius ſupra naturam ſuam tollatur: ſed cū oēs vt ait Ariſtoteles natura mirifice ſcire aueant: intelligendū eſt malagma quoddā eſſe adhibēdū: quo operoſa ſedulitas & cognitionis appetitio leniatur: quarū alterā gręci vt diximus ſpudęoſin: alterā pragmoſynā nominant. Verum quot virtutū genera numerātur: totidem vitioꝝ paria opponuntur. Siquidē Parſimonię bellū eſt naturale cū gula. Quę nō modo guſt⁹ abſonatrix: ſed etiam oſophoga intēpeſtiua vocaẗ. Hęc eñ tanq̄ ſus foeta ſtolidam alacritatem, Scurrilitatem, Coenoſitatem, Loquacitatē: mentiſq; caliginē gignit. Atq; etiam ſobrietati eſt hoſtis & inimica Ebrietas: quæ ſcelerum fęx vt in lancem alteram propendet: alias capitale, alias ignoſcibile malū videri poteſt. Sed maxime Luxuria proeliū cū Caſtitate init: quę varia armorum genera ad dimicandum affert: de quo genere a noſtris fuſe lateq; diſputatur. Quare iram cum manſuetudine & crudelitatē cū clæmentia pugnare dicimus. Iram eñ volumus vlciſcendi eſſe libidinē: quę iurgia, mentis tumultum, ſtomachationem, & peierationem gignat. Crudelitatem vero in animaduertendo atrocitatem definimus: quę hoc modo a ſęuitia & immanitate diſſideat: vt crudelitas nō modo eius qui plectitur culpam metiatur: ſed etiam fines animaduertendi tranſeat: ſæuitia vero nullā culpam expēdat: ſed hominum cruciatu & vexatione paſcatur: quę diritas ferina vocetur. At pugnaciſſime Superbiam cū humilitate proeliari affirmamus: quæ ſuopte voluntario vento tenta: cū ſupra naturę ſuę modū efferatur: immoderatior eſt excellentiæ cupiditas: ac caput ſcelerū omniū & mare.

Finis tertii Sententiarum.

Ex Tēperantia. Verecūdia. Honeſtas. Parſimonia. Ieiuniū. Sobrietas. Caſtitas Virginitas. Cōtinentia. clęmētia Māſuetudo modeſtia Studioſitas. Spudęoſis. Studioſitas. Curioſitas. Ex gula. Stolida lætitia. Scurrili. Immūdicia. Multiloquium. Mēſ hebetudo. Ebrietas Luxuria. Ira.

PAVLI CORTESII PROTONOTARII APOSTOLICI IN QVARTVM SENTENTIARVM PROOEMIVM AD IVLIVM SECVNDVM PONT. MAX.

Patefactū eſt ſupiore libro Pont. Max. Quemadmodū eſſet recētatoris Chriſti pPaſſione litatū: factumqꝫ pro humano genere ſatis. Nunc aūt ſequitur: vt ea ſacra pſequamur: quib⁹ hominū generi applicetur expiantis virtus. Nā cum inſidēti tetroqꝫ malo vexarent homines: cōſentaneū fuiſſe videri poterat: vt ea ſacrorum collyria adhiberent: quib⁹ vniuerſę ęgritudinis euellerētur fibrę. Ex quo ſane intelligi poteſt: quantū eiuſmōi ſacra: omniū gentiū ſacris pſtare videātur. Nam vt barbarorū oīm dira ſacra omittā: qd in gręcorū aut Romanorū ſacris repetiri poterat: qd hoīm ægrotationi mederetur? Quæ eni medicamēta hi afferre poterāt Dii: qui vitioſarū reꝝ patrocinium ſuſceperāt? Quid eſt tā ab hominum ſanatiōe abhorrens: q̄ Pertundā aut Subigū inducere Deos? Iam vt capitolinus aſcendatur cliuus: quodnam ſacrificiorum in Iouis delubro poterat inueniri genus: quod hærentia hominū carcinomata ſanaret? Quis Iouem in voluptatū luto verſatum fuiſſe dubitat: cū in ęde capitolina & pellices & paraſitos & Epulones Iouis affuiſſe intelligat? Omittimus hoc loco: cętera fana latibula libidinū intimarū: ne velut ex latrina: cœno obitutos eruam⁹ Deos: aut Gygantomachiam moliri videamur. At vero cum Theologiā in Myticen: Polyticē: & Phyſicen diſpertiti ſint: Quarum vna cōmētitia: altera ciuilis: tertia naturalis diceref: Quid erat cauſę cur naturā diuinā ad hominū vitia traducerent? Nam ſi cōmentitiā nominabant: Cur poetarum licentia in Theatris Deorū vitia carminib⁹ euelari ſinebāt & cātibus? Si ciuilis dicebaf cur in fanis nephariorum Deorū generi ſacra decernebātur? Si autem naturalis putabaf: cur phyſiologiæ enodatiōe aliquod religionis certū nō cōſtituebatur gen⁹? In quo illud etiam a. M. Varrone Deorū nomēculatore ſciſcitor. Si Edulicā Deā numerat: cur Palaticā etiā non inducat? Neqꝫ em̄ ego video ſi Cunina ab eo ē recepta Dea Cur ſit Sedētaria explosa: quę ſedibus ſenum pręeſſe debere videbatur: cū non minus opis pręſidiiqꝫ flagitent: qui ab occaſu q̄ qui ab ortu propius abſunt. Nec itē intelligo cur Agenorea Dea putanda ſit: ſi Ociaria non putetur: cum ociū multo ſit interdum negocio præſtantius: Aut quomodo poſſit Abeona dea dici: Remea non dici: quæ eo auguſtior videri debet: quo reditio q̄ abitio iucundior eſſe ſolet: Quod idem ſane in tota Deorum natura fingere liceret: cum quotidie eiuſmodi fingendi licentia & faſtis infarciri poſſent Dii: & nihilo notiores induci: quibus tura & ſacra decernerentur. At vero contra quid ſacrorum noſtrorum abſolutiōe certius: quid deſcriptione diuinius? Nam cū triplex ſit generis humani ægritudo: quarum vna appetitionum prauitas: altera ægrotationis craſſa caligo: tertia flacceſcens imbecillitas dicatur: totidem ſunt ſacrorum adhibita pręſidia: quibus & addiceretur robur: & vetus animi tumor depelleretur: & gentilicii mali inſita elueretur labes. Quo magis es tu Pont. Max. in hoc genere laudandus: qui cum pꝛīceps ſacrorum ſis: nihil ducas antiquius: q̄ ſanctiſſime hæc ſacrorū genera tueri.

DE SACRAMENTIS ET PRIMVM DE BAPTISMATE.

ITaqꝫ cū copulati verbi ſint explicata myſteria, ſequif deinceps vt Orthodoxa ſacra pſequamur. In quo primū ē ſacri pquirēda diffinitio. Multi enim qui amiſſa ſegete alieni fundi ſpicilegio occupantur: auctore Auicenna volūt diffinitionem genere, & differentia conſtitui. Atqui cū re, verboqꝫ conſtitutum in genere verſari negent: quandoquidem haud ex aduēticio vnū dicaf: notū eē: re verboqꝫ cōſtitutū: diffiniri nō poſſe Cū aūt eiuſmōi ſacrum re, verboqꝫ conſtituatur: fatendum eſſe id diffi

Auicēna. Diffinitio Auicennę.

Auguſti. niri nullo modo poſſe. Contra quos Pythicum theologiæ vatem Auguſtinũ arceſſimus
qui ſacrum eſſe affirmat: in quo ſub operculo rerum ſpectabilium a diuinitate icolumitas
noſtra nauetur. Ex quo perſpicuũ videri debet eiuſmodi ſacrum diffiniri poſſe. Cui quidẽ
Durãd⁹ diffinitioni nomen ſuum aſcribit Durandus. Vgo autẽ Victorius Auguſtini ſyngraphũ
Vgo de ſancto Victore. reſignat. At ſententiarum ærarii tribunus ſacrum inaſpectabilis gratiæ, aſpectabilẽ formã
eſſe voluit: ita vt cum ſui ſimulacrum ferat: cauſa dicatur. Quę quidem diffinitio: quaſi
cumulate ſacramenti aceruum expleat: maxime a Diuo Thoma probatur. Sed quoniã ſa
Magiſter ſẽtẽtiarũ in.iiii. cra ad criminum eluendam labẽ inſtituta ferunt: in hiſq; fidentiũ hominũ animas exco-
lunt: quibus caſtiſſime colitur Deus: primum de incolumitatis noſtræ iſagoge quã gręci
βαπτισμα vocant: dicendum erit. In quo etiam diffiniendo inter noſtros eſt nata diſſen
S.Tho. ſio. Siquidem Vgo victorius dum tantiſper pendet animi: quorſum euadat: in eam ſentẽ
De baptiſmate tiam demigrat: vt id aquã ad eluenda crimina, verbo expiatam dicat. Principi autem ſen
tentiarum id laticis aſperſionem extrinſecus iniectam ad verborum pręſcriptũ eſſe placet
Vgo de ſancto Victore. At Ricardus villa: locuples & fuſus Theologus, q̃q̃ has diffinitiones cõſentaneas eſſe cen
ſeat: in neutris tamen cumulatam diffinitionis conditionem inueniri arbitratur: quę ſit in
poſterioribus analyticis ab Ariſtotele decreta. Nos vero id nullo modo ambitioſi definim⁹
Magiſter ſẽtẽtiarũ. cum maius certamen oriatur: Num Character ille qui dicitur in intelligẽtię vi tanq̃ in hy
potheſi verſetur. Diuus enim Thomas dum ſententiarum fundum aratro ſuo proſcindit
Ricar. de media villa i.iiii. Characterem probat in intelligentiæ vi, tanq̃ in hypoteſi ineſſe. Nam imaginem primo
in percipiendi vi verſari dicit: cum ex memoria, & intelligẽtia volũtas naſcatur. Ex quo ꝑ
ſpicuũ eſſe vult: omnem imaginem in intelligentiæ parte, tanq̃ in fibris ineſſe: ob eãq; cau
ſẽtẽtiarũ. ſam: quicquid eſt imprimis ob imaginẽ homini tributum: id imprimis ad intelligentię par
Ariſt.i.ii. poſterio rum. tem, & patheticam oculos referre: cum etiam ex intelligentia nanciſcatur: vt homo dicat.
ex pathetica autem vt probus, an prauus dicatur: atq; ob id cum character imprimis ocu
los ad imaginem referat: eum in intelligentiæ parte verſari confirmat. Cui aperte Scotus.
reiecta chlamyde loricam oſtendit. Durandus vero marmoreo muro tectoriũ iducẽs: cum
De charactere. characterem in intelligentię vi: tanq̃ in hypotheſi eſſe neget: congruentius in flammis ma
nu vel lingua, q̃ in intelligentia verſari putat. Nos vero dicimus Characterem in ipſo pri-
S.Tho. migeno voluntatis orſu: non in lingua, aut miniſtris manibus eſſe debere: quemadmo-
Scotus. dum etiam medicum medicinæ vi ob rerum ſalubrium appulſum naturæ miniſtrum vo-
Durãd⁹. lumus: cum valitudinis princeps, agens natura dicatur. Nec tamen ob eam cauſam me-
dicinæ ſcientiam in expromentis lingua: aut in chirurgi manu: ſed in intelligentia po-
nendam arbitramur. Atq; huic generi finitima eſt quęſtio: Num medicata aqua ad eiuſ-
modi luſtralem aſperſionem appoſita videatur. Multi enim nudi remiges qui phyſicã ſen
tentiã exhauriũt: id ex quocũq; gñe laticis: quod ſpecie a mera aquæ natura nõ diſcrepet:
fieri poſſe volunt. Cum autem Rhoſaceus latex a mera aquæ natura non diſſideat: quan-
doquidem eaſdem frigiditatis, humoris, & perſpicuitatis ποιότητασ nanciſcatur: fatẽdũ
Chriſtus eſſe dicunt medicatam aquam ad id appoſitam videri. Quoꝝ q̃dẽ claudoꝝ hoĩm effugia
inſtituit ꝓpęcludimus: cum a Chriſto, meri non conditi laticis aſpſionẽ decretam dicimus: quo faci
baptiſma lius oĩbus ſuppeditaret ad vſũ. Ob eãq; cauſam ꝓbamus duplex eſſe gen⁹ quo merus latex
in aqua vim puritatis amittat: Vnũ quod alteri⁹ corporis mixtiõe: alteꝝ quod alteratiõe fiat: quę
naturali. a gręcis heteroſis nominat. Quoꝝ vtrũq; artificio & natura cõtingit. Siquidẽ ars a naturę
munere abeſt: ꝓpterea ꝙ natura ſubſtantię formam, quã gręci vſiã vocãt gignit: q̃d q̃dem
ab arte fieri nequit. At oẽs quidẽ artificii formę aduẽtitię extriſec⁹ accidũt: niſi fortaſſe pro
prium agens ad propriam materiam applicando, tanq̃ ignem tel ad exardeſcẽdũ aptę: Ex
quo gñe a multis tabe quędã animantiũ gña gignunt. Itaq; quoties latex artificii, aut mi
xtione ſiue alteratione tranſfunditur: haud ſane eius ſpeciem mutari dicimus. Ob eamq;

cauſam ex eo gñe laticis eiuſmõi vitalem aſperſionem fieri poſſe volumus: niſi forſan lati-
cem ita tenuiter cum alio corpore miſceri affirmamus: vt commixtum aliud quippiam po
tius q̃ latex iure dici poſſit: quemadmodum limus potius humus: q̃ aqua nominatur: ac
merum latice perfuſum, magis merum q̃ latex vocatur. At commutatio quæ a natura ori
tur: interdum laticis ſpeciem diſſoluit: Atq; id maxime cernitur quum aqua ex commixti
corporis natura gignitur: quemadmodum latex in vuæ liquorem verſa merum dicitur: ex
quo quidem minime aquæ ſpeciem nanciſcatur. Atq; rurſum etiam ex natura: ſine ſpeciei
occaſu: laticis mutatio exoritur. Idq; non modo alteratione gignitur: vt præclare in latice
a ſole feruefacto patet: Sed etiam commixtione oritur: vt facile in lutulenta, oblimataq;
aqua cernere poſſumus: quę terrenarum partium concretione miſcetur. Ex quo erit fateri
neceſſe: ex quocunq; genere laticis hunc ſalutarem fieri poſſe aſperſum: modo ne ſpecies la
ticis in nihilum intereat. Sed deinceps in diſceptationem vocatur. Num puerperia de-
beant trina luſtrali aſperſione madefieri. Ricardus enim qui in Theologia polyhiſtor dici — Ricar. de
poteſt: nuſq̃ ſe tutius conſiſtere opinatur: q̃ ſi dicat in hoc orthodoxeum Senatuſconſul- — media
tum ſequẽdum ducem. At Diuꝰ Thomas cum multas perduellionum ſeceſſiones: ſediti — villa.
oneſq; commemoret: quibus maxime ſit Latius conuulſus Senatus: ob periculi magni- — S. Tho.
tudinem puerperia ſemel ſuffundi debere cenſet: Sublatis autem reſtinctiſq; ſeditionibus:
trinam laticis aſperſionem probat. Eodemq; modo perquiritur: Num infantibus eiuſ-
modi noſtri roris effectus inſinuetur. Plærīq; enim Auctore Ariſtotele: volunt actus agen- — Ariſt. i. ii.
cuſſus excitetur. Quę quidē aſpidis latebra, facile a nobis detegetur: ſi effectus corporum cœleſtium præfinitos ſtatus & affectus ſequi affirmetur. At ſi ex corporum cœleſtium vi ignem orituꝝ dicatur: fateri erit etiā neceſſe: eius deflagrationis tempus a Chaldæis præſagiri poſſe. Quo quidem nihil longius a Senatus ſententia diſtar. Itaqꝫ intelligendum eſt ex ignei elementi vſtione: flagratuꝝ mundū. Sed pertinere ad queſtionē poteſt: an ignis ſit omnia primordioꝝ genera cōſumpturꝰ. Multi initia reꝝ in materia māſura arbitrantur: ſed in abſolutionem mutatū iri volūt. Ex qbus Aerem & Terram naturæ formā habitura. Igni autē & aquę naturę defuturā formam dicūt: quādoquidē eā in cœli formam mutatū iri cenſeāt: Ac ita ignē: Aerem: Aquā: cœli nomen habitura opinantur. Quos quidē iure Diuus Thomas vt anniculos infantes ludit: qui dū incitatius ferunt: ſuopte pōdere quo properant labuntur. Nam nec phyſicis rationibus probari poſſe dicit inferiora corpora vi ad cœli formam nanciſci: Nec item de ſenatus ſententia affirmandum eſſe abſolutionem mundi: partiumqꝫ integritatem incolumem futuram. Quocirca multo tutius dicemus in natura eſſe reꝝ primordia māſura: quæ tabe ſcelere hominum inuecta, expiatū iri cogantur. Quo quidē conſtituto quęritur: An quēpiam eoꝝ qui in ſelectorū patriciatum cōſcribuntur: ſit expiaturus ignis. Auctore ad hanc rem vti poſſum Ricardo: qui fore negat vt ignis quempiam ex ſelectorum genere exurat: cui nihil ſit expiabile concretū: Sed eos potius ceſſatione meatus interituros cenſet. Nam q̄q̄ cœlū cū moueri deſierit: haud omnem vim ſuā amiſſuꝝ opinet: eā tamē vim habituꝝ negat: quę ſit ad vitę perennē ꝓpagationē apta. In quo Rabbi Moſes ſimilitudinē inducit: q æque velit cœli meatꝰ cōuerſiōe extincta labefactari mundum: ac hominē corde a motu deſerto mori. Q̄q̄ ne hoc quidem ſatis a Ricardo concedit: qui negat meatus ceſſatione cœleſtia corpora, aut primordia rerū euerti. Quibuſdā etiā anteq̄ cœli conuerſio deſinat: omne genus hominū interiturū videt: idqꝫ ante meatꝰ vacationē igneſcentis aeris flagrātia euēturū, q̄ oē ſit humanū perituꝝ genꝰ. Nō nullis enī placet: quoſdā ex ſelectorū albo quoqꝫ futuros: q nōdū vitę vectigal pepēderint: quorū alios qui expiatione eguerint: igne expiatum iri: Alios ne vſtulādos qdē fore. Nos prorſus intelligi volumus duplex eſſe ignis futuri genus. Vnum quod vi naturę nitatur. Alteꝝ qđ quatenꝰ iuris dicūdi tēpus anteceſſerit: Dei inſtrumēto ſit in vindicādo vſurū. Nā id quatenꝰ vi ſua ciet: pinde ꝓbos vt improbos exuſtuꝝ dicimꝰ. At id quatenus ſit inſtrumentū futuꝝ, Diſſimillimo iure vſuꝝ eſſe volumꝰ: ſiquidē ſontes vltoris ignis natura plectent: Probi autē quibus nihil ſit expiabile concretum: ſine dolore ad buſtum agentur.

Vtrum ignis futurus ſit cōſumptiuꝰ elementorū omniū.

Opinio quorūdā D. Tho.

Vtrum ignis exuſturꝰ ſit electos.

Ricardꝰ.

Rabbi moſes.

Ricardꝰ.

Quorūdam opinio.

Aliorum opinio.

DE EADEM RESVRRECTIONE;

Sed ne quod huiuſce q̄ſtiōis pretermittat genus intelligendū eſt maxie An neceſſario ſit humanoꝝ corporū reſurrectio futura. Inuēti enī multi ſunt: q quaſi Platonici itineris orbitā ſequerent: omnē hominis naturā aīa cōſtare voluerūt: quæ corpore tanq̄ inſtrumēto quodā vteret. Quo cōſtituto cōſētaneū videri dicebāt: aīa ſola fœlicitatis cōplexu cumulata: haud hominē naturali fœlicitatis appetitiōe fraudatū iri. Ex quo ſatis eſſe argumēti: humanorū corporū reſurrectionē nullo mō futurā. Quibꝰ qdē ita ab Ariſtotele obuiā ē itū: vt oſtēderet animā corpori: vt materię formā āuecti. Qđ cū ita ſit: ꝑclare ſciri poteſt ſine hac vita hominem nullomodo beatum fore. Ex quo efficitur vt abeſſe nō poſſit: quin humanorum corporum ſit futura reſurrectio. Atqꝫ etiam cum anima corpori natura annectat: quandoquidem ſuapte natura corporis forma dicatur: fateri neceſſe ē: eā cōtra naturā corpore vacare. Qđ aūt cōtra naturā ē: id ēt nec æternū eē pōt. Ergo nec aīa æternū corpore vacat. At cū ęterna dicat: fieri nullo mō pōt quī in corpus tāq̄ ī thecā, & domū remigret. Ex quo efficit vt aīaꝝ ęternitas corporū reſurrectionē futurā repoſcat.

Platonici.

Ariſto.

Quare hi ſi in iſtiuſmodi quæſtionibus tacerent: Dimidio minus ingenii egerent:nec in tã ta claritate lippirẽt. Sed maxime in hoc genere verſatur. An reſurrectio ſit in mũdi calce futura. In quo ſane intelligi debet effectorẽ rerum Deũ ita molitũ eſſe mundũ:vt vellet quodam ordine:a ſublimioribus, valentioribuſq; corporibus inferiora, & craſſiora regi. Ex quo facile intellectu eſt inferiorum & cõcretoꝝ corporum materiei, cœli meatus varietatẽ, & cõmutationem dñari. At contra naturã fieri diceret:ſi meante cœli motu eadẽ materia ad id perueniret:quod nullo modo extabeſceret. Itaq; ob eam cauſam volumus reſurrectionis tẽpus ad mũdi finem ꝓrogatũ iri:quo cœli cõuerſio meandi finẽ nanciſcetur. Sed erit tamen negare neceſſe:pręſtitutam reſurrectionis horam vllo modo ſciri poſſe. Sed dubitari hoc loco põt. An cineribus humanoꝝ corpoꝝ, naturalis aĩę appetendę procliuitas reſideat. Quo in genere mea quidẽ ſentẽtia intelligẽdũ eſt, naturali procliuitati agentẽ naturę reſpõdere: quãdoquidẽ haudquaq̃ natura rerũ neceſſitati deſit. At cũ cineres nullo naturę agente:rurſum animę copulari poſſint:in promptu eſſe debet:nullã his naturalem animæ appetendæ ꝓcliuitatem dari. Qz q̃ maxima oritur apud doctorũ hominũ ſtudia certatio. Num anima in reuiuiſcendo idem numero ſit ſuſceptura corpus. Multi eñ philoſophoꝝ qui diu in hac cogitatione ſincipita contraxerant:animam quidem corpore vacantem rurſum corpori annecti voluerunt. Sed dũ annectẽdi modũ exquirebãt:teterrime ceciderũt: ꝑpterea ꝙ animã naturæ ortu rurſum corpori copulari cẽſebant. Atq; vt aliqd etiã noui appingerent:eã non in idẽ qđ exuerant:ſed in aliud corpus immigrare cẽſebant:quod modo idẽ:modo eſſet ſpecie diſſimile. Nam ſui diſſimillimis tũ animã copulari dicebant:cũ turpiſſime extra ratã reſurrectionis menſionẽ vitæ ſtipẽdia confecerant:ob eãq; cauſam exceſſu vitę ex corpore humano in earũ pecudũ corpora tranſire:quarũ eſſent vitã in corporibus imitati. Itaq; quoſdam ob perditã libidinẽ canũ corpora induere:quoſdã ob latrocinia & fraudes in luporum, aut vulpium corpora migrare. At qui ſeſe a vitiis ſeuocauiſſent:ob eamq; rem cũ e corpore exceſſiſſent:aliquid fœlicitatis adipiſcerenť:tum his ad ſui ſimillimos regreſſum patere: ac rurſum humano corpori agglutinari cenſebãt. Qđ quidẽ malũ plura capita:q̃ Hydra nanciſcitur. Quorum e multis, Vnũ in aĩę copulatione, Alterum in ſenſus intelligentięq; diſſidio conſiſtit:ſiquidem animam haud quidem corpori, vt materiæ formam:ſed vt naui nautam annecti volebant:nec intelligentiam a ſenſu:niſi ex aduenticio diſtare opinabãtur: vt ſi diceretur hominem inter cætera animantia intelligentię pręſtantia excellere:propterea ꝙ is ob pręclarum corporis habitũ, vim ſenſilem maiorem nanciſceretur. Quo conſtituto animam poſſe dicebant:in quędam pecudum corpora migrare. Idq; ex cõmutatione animę humanę in ferinã naturã accidere. Quoꝝ arida & ieiuna ratio cũ ſatis ſit ab Ariſtotele repulſa nihil attinet modo vt in eos theologica fica exacuatur. Sed dicendũ eſt potius animas iiſdẽ numero corporibus:quib⁹ exceſſerint copulatum iri:quãdoquidẽ animę ad ea corpora ſuapte natura feranť:quibus animalem vitã infuderunt. Ex quo pręclare Auicenna ait animã quę corpori cuipiam ineſſe cœperit, ita naturalẽ ꝓcliuitatẽ nanciſci:vt illi vni adhæreſcens a cæteris refugiat:in eoq; tuendo occupetur. Quocirca omnia mẽbroꝝ genera exſuſcitatũ iri dicimus:vt naturæ abſolutio cumuletur. Qz q̃ plęriq; velut callicatres, aut myrmicides puſillorũ operũ artifices Crines & vngues vt ſudorẽ & lotium ex poculentorũ eſculentorũq; reliquiis gigni volunt. Atqui cum nihil hoꝝ, nec qđ ſit aliquid tetri habituꝝ exſuſcitatũ iri opinenť:pro conceſſo ſumũt nec vngues quidem aut crines reuicturos. Quo ſane loco intelligendũ eſt:quędã eſſe in corporibus principis naturæ voluntatis:vt ea q̃ neceſſaria ad naturę munia dicuntur:quędam vero eſſe ſecundæ voluntatis:vt ea quę ad incolumitatem, & decorum pertinent:quemadmodum frondes in arborum genere videmus. Ex quo

An reſurrectio ſit futura in fine mũdi.

Qua hora ſit futura reſurrectio De cineribus.

Vtrũ corpus idẽ numero reſurrecturũ ſit. Quidã phi.

Vtrũ crines & vngues reſurrecturi ſunt.

Ariſtot. eſt cauſa cur Ariſtoteles frondem corticis operculũ,corticẽ vero fructũ eſſe arbitratur. Q̃d
in.ii. de nõ multo ſecus hominũ corporibus accidere dicimus:quibus natura Crines, Vngues,Bar
anima. bam,& id genus ad ornatũ dedit.Itaq; ne quid alterutrius naturæ voluntatis abſit:vtrum
De cõdi q; reuictur; volumus. Atq; etiam preterirí nullo modo debet: quænam reuiuiſcentiũ ſit fu
tiõe reui tura conditio.Multi eñ vſq; eo graues ſunt vt oẽ genus hominũ ætate floreſcente reuictu
uiſcẽtiũ. rum negent:quandoquidẽ reuiuiſcentibus fœlicibus nihil Deum ereptumũ dicãt: quod ad
Vtrũ re- naturę humanę expletionẽ pertineat.At cũ ætas maxime ad hominis abſolutionẽ pertine-
ſurrectu at:afferre ſe fatendi neceſſitatem putant:ſenes in adoleſcentia nullo modo reuicturos. At
ri ſint in nobis quidẽ haud ſenectus ex canis,& rugis,vel ex corporis cõditione,quę ætate exacta lã-
iuuẽtute gueſcit:ſed ex matura animę ſapientia oriri videtur:quę illi ętati ob diuturnitatẽ ineſſe pu
tatur.Ex quo intelligi volumus:in ſelectorũ genere cũ ætatis ſit defutura infirmitas:ob ma
gnitudinem ſapientię ſenectutis manſurã auctoritatẽ,omneq; genus hominũ in interme-
dia quadã ætatis tempeſtiuitate exſuſcitatum iri:vt pueritiæ quæ nondũ eſt humanã ab-
ſolutionem nacta,& ſenectuti,quæ iam ab extrema naturę expletione abeſt:quod deeſt,ad
datur.Sed multo intelligendum eſt magis:an hi qui in ſelectorũ genere numerantur,natu
De ipaſ- ram ſint patibilem habituri.In quo noſtri conuerſis haſtis obuii concurrũt. Squidem bon⁹
ſibilitate auctor Aureolus quaſi habeat ſcire quid omnino patibile dicatur:conatur probare id q̃d in
beatorũ. beatoꝝ genere ferendi neceſſitatem non habet:nullo modo a quapiam patibili forma oriri.
Aureol⁹ At pſeudo Aquinas Durãdus,ne id quidẽ a quapiã adhæreſcẽte forma naſci opinatur.Nu
Durãd⁹ men eñ diuinum fœlicibus affuturum putat:quod qualiſcunq; aduenticii actionẽ arceat:
quæ patiendi neceſſitatem afferat. Itaq; venit illi in mentẽ q; quẽadmodum patibile viciſ-
ſim cum tabeſcibili congruat:ita viciſſim inter ſe congruere quod horũ neutrum ſit. At cũ
id quod in beatorum genere nõ extabeſcit:nullo modo ſit ex quapiam formę adhęſione ori-
Hẽricus turum:ita ne id quidẽ:quod patiendi neceſſitatẽ non habeat.Atq; etiam Henricus Gandẽ
gãdenſis ſis ne quid de ſpinaꝝ aculeis remittere videretur:cõfirmare voluit:id q̃d corpus gloria prę-
ditũ ferendi neceſſitate liberet,eiuſmodi eſſe oportere:vt corpus,ita tueatur: ne quid interi
us aut ex aduenticio patibile ferat:niſi quid a Deo manarit:idq; ex primordioꝝ aut cœli vi
naſciturum negat:propterea q; haudquaq̃ cœlum in qualiſcunq; corporis copulationẽ ve
niat.Ex quo effici,id quod vult quiddã ſupra naturæ cõplexum futurũ,quo corpora gloria
Scotus. prędita patiendi neceſſitate liberentur.In quã ſententiã Scotus non tam ſibi corrependum
D. Tho. putat vt Henrico adſit:q̃ vt a diui Thomæ ratiõe deſciſcat:dum negat id quod beatorum
genus ferendi neceſſitate liberet:ex principatu animæ , vel ex cœli meatus vacatione oriri:
q̃q̃ homo affluens & locuples Diuus Thomas vt aqua eo vberius ſcatet quo altius effo-
ditur.Nobis vero nihil eſt negocii in eiuſmodi diſceptatione cõtrahendũ.Sed nõnulli qua
De q̃nto ſi hanc quęſtionem:velut in ſuillam ſalem indidiſſent:ne tabeſceret:Quinti cuiuſdam cor
corpore. poris materiem adhibuerunt: quæ humanorũ corporum copulationi agglutinaretur ad
primordia in harmoniam quandam tẽperanda:ex qua principia legitimam animæ materiã
efficerent.Sed cũ viderẽt humanũ corpus in vita ob primordiorum principatũ patiendi ne
ceſſitate affici:Quintum corpus in reſurrectione dominaturum eſſe dixerunt: quo corpus
humanum velut cœlum patibile nullo modo cõſtaret. Quod quidem nõ modo ab Areo-
pagitis noſtris:ſed etiam ratione exploditur:cũ perſpicuum ſit quintum corpus in materia
humanorum corporũ coagmentationi nullo modo copulari.At ſi quiſpiam Diui Thomæ
ſententiam ſequatur:facile opinari poterit:perinde corpus imperanti animę geſturũ morẽ:
vt animi principi ſit obſecutura Deo.Eamq; ob cauſam cum affirmet nullam i corpore glo
ria prædito commutationem,contra eam aptitudinem futuram,quę ab anima abſoluitur:

fateri coget:ea corpora patiendi neceſſitate liberatũ iri. Quo loco dicimus eorum corporũ perſpicuitatẽ nullo modo e quinta quadam natura:ſed ex animæ gloriæ affluentia naſcituram: eaq́ agilitatem habitura,qua in cœlo moueantur loco.

DE IVDICIO.

SED reſtare videtur vt totum ſententiæ dicundæ locum perſequamur: quam quidẽ iure generatim in oẽs Deum laturum dicimus: vt & præmiis afficiãtur probi & flagitioſa ſceleratorũ reorũ immanitas vindicet. Itaq́ prætereri hoc loco nõ debet:an iudiciũ ſit tanq̃ in foro vocis diſceptatione futurum. Durandus enim q̃q̃ cauſæ cognitionẽ tacitã futurã opinetur:ſententiã tamen voce latum iri vult:quandoquidem Chriſtũ in tribunali nõ modo diuinitus,ſed etiam humanitus diiudicaturum dicat. Quibuſdam autẽ placet mente & voce rerum teſtificationẽ fore:propterea q̃ ita cõſciẽtię theatrũ perſpicuum fore dicunt:vt neceſſe ſit cuiq́ futurũ:tanq̃ in ſpeculo teſtari id,cuius ſine recuperatore aut prouocatione arguatur. Atq́ etiam cœlites hoc iudicii tẽpore affuturos cenſent: qui tanq̃ cuſtodes & teſtes in iudiciũ vocentur:idq́ a Platone confirmari volunt:qui auctore. L. Apuleio dicat vocationẽ cœlitibus in reſurrectione dari:eoſq́ nõ modo delectis & deſcriptis patrocinandi,ſed etiam accuſandi reos,negociiq́ exhibendi ius habituros. At vero homo in omni theologia tardigradus D. Thomas q̃q̃ affirmet nihil ſibi ſatis ꝑ certo in eiuſmodi diſceptatione liquere:probabilius tamen videri dicit iudiciũ in accuſatione reorũ vel in patrocinio proborum:aut ſententia dicunda tacitũ futurũ:propterea q̃ ſi nominatim generatimq́ oẽ genus humanũ cenſendũ eſſe diceretur:negari nullo modo poſſe affirmat:quin in cenſura eſſet tẽporis incredibile cõterendũ ſpatiũ. Sed maxime in cõtrouerſiã cadit:quanã ſit ſpecie cenſor hominũ Chriſtus in mũdi forũ deſcenſurus. Nõ eñ cũ videamus ob eã cauſam iudiciũ eſſe conſtitutũ:vt quibuſdã ad cœlũ iter ſecludatur: quibuſdam cœli penetralia pateant:conſentaneũ eſſe dicimus:vt qui hominibus aditũ in cœli tẽpla patefecerit: is etiã ad ius dicundũ,q̃d ſit rerũ humanarũ limes,humana ſpecie accedat. Atq́ ex hoc etiã ſciri poterit:an in ipſis roſtris Chriſti diuinitas ſit a perditorũ genere cernenda. Aquinatum eñ auxiliaria cohors fatendũ eſſe vult Dei naturã, Naturã eſſe veritatis. At cũ maximã voluptatẽ eſſe ſentiat veri noſcendi:quandoquidẽ natura hominũ mentibus inſitũ ſit:vt vehementer intelligendi cupiditate flagrent:facile in promptu eſſe dicunt diuinitatẽ ſine animæ lętitia cerni nõ poſſe:ſed cũ perſpicuũ ſit in perditorũ genere lętitiã eſſe negre:cũ in miſero tetroq́ angore verſentur:effici volunt vt nullo modo diuinitas a flagitioſa ſceleratorũ manu cerni poſſe dicatur. Cui toti rationi vehementer aduerſatur clientũ gregibus ſtipatus Scotus. Cõtra quẽ Durandus argumentorũ acerrimum obſtruxit:maximeq́ Scotei terebri aciem retũdere conatur Capreolus. Nec multo minus acute Godofredus,& Bernardus Gãnacus in hoc genere verſantur. Nos vero ne tantulũ quidẽ a. D. Thoma recedendũ putamus. Verũ cõtentio eſſe poteſt:ſi indicto iuſtitio,quædam mundi ſit futura nouitas. Pleriq́ eñ qui Empedoclem nõ vt cometen,ſed vt ſolẽ admirantur: ſtatum hodiernum volũt naturalẽ eſſe rerum. Atqui ſi res in aliũ ſtatũ trãſferri dicantur,eundẽ ſtatũ naturalẽ eſſe negãt: ſed q̃d nec naturale ſit,id etiam Ariſtotele auctore:nec ęternũ dicãt: manifeſtũ eſſe eum quoq́ nouitatis ſtatũ,ex mundo quãdoq́ caſurũ. Id ſi ita eſt, facile erit etiam mũdi cõuerſionẽ quandam inducere:ex qua innumerabiles viciſſim mundi naſcantur. Quo ſane nihil dici poteſt in omni etiam phyſiologia hebetius. Quare hæc quidem opinio in Origenicorum vmbra extabuit,q̃ longiſſime a naturæ ratione abeſſet: & nõnullus ineſſet hereticorũ odor: Q̃q̃ magnum eſt nobis cũ quodã recentium philoſophorũ genere certamen. Num reuiuiſcẽte

Durãd⁹.
Vtrũ teſtificatio vocalis.
Plato.
L. Apul. de deo Socratis
D. Tho.
De forma xp̃i iudicantis.
Vtrũ dãnati viſuri ſiũt diuinitatẽ Chriſti.
Thomiſtæ.
Scotus.
Durãd⁹.
Capreo.
Godofredus.
Bernatdus de Gãnaco
Empedocles.
Ariſto. I. I. cœli & mundi.

An mo- mundo cœleſtis meatus ſit vacatio futura. Siquidem multi qui quaſi in phyſicis nõ lõgius
tus ceſſa q̄ vnius paſſus interuallo Auerroim antecedētē vrgeāt: ſolis circũuectiõe mũdũ colluſtrari
turus ſit opinantur. Atqui ſi cœli cõuerſio circũferri deſierit: cõcedi ſibi volunt: aliquã telluris partē
ſumma cute caliginoſam, & atram futuram: Quod maxime a reuiuiſcentis mundi ornatu
abhorrere dicunt. Quorũdã etiã opinio eſt cœleſtia corpora orbe nouo meliora effici debe-
re. At ſi cœli meatũ vacaturũ affirmetur: effici etiam vt mundus multo quoq; deterior fu-
turus dicatur: cũ motus multo ſit ceſſatione pręſtantior. Atq; ex his etiam multi ſi motum
defuturum affirmetur: id nõ aliam ob cauſam euenturum dicunt: niſi quatenus a motu ſe
nectutis, aut defatigationis cauſæ cœlo afferant. Quod cũ fieri nullo modo poſſit: quando
quidem & motus naturalis ſit: & cœlũ haudquaq̄ patibile dicatur: fatendũ eſſe perennem
meandi motionem nullo modo defuturam. Nos vero qui non argumentorum numerũ, ſed
Ariſtot. ſelectum quærimus: cũ perfacile auctore Ariſtotele dicamus motũ ob quępiã finē eſſe con-
.ii. met. ſtitutũ: intelligi etiã volumus omnē motũ ob quippiã extremũ conſtitutũ: vltimo adepto
quieturũ. Quod ſi ita eſt: erit etiam fateri neceſſe: aut cœli meatum nunq̄ ſuũ adepturum
finem: quod fruſtra fieri diceretur: aut omnino quandoq; quieturum. Atq; etiam ceſſatio-
nem multo motione pręſtantiorē eſſe putandũ eſt. Nã vt quęq; res ſtabilior dicitur: eo effe-
ctoris rerum Dei ſimilior videri debet: quem immobilem eſſe ſummũ, ſupra eſt ꝓbatũ a no-
bis. At cũ inferiorum generum motus ad quietē natura ferãtur: ſatis erit intelligi quo ęthe-
ria corpora pręſtãtiora dicant: eo magis eorum motus natura ad meandi vacationem circũ
Qđ mo ſcriptum iri. Q; q̄ hoc loco perſpicuũ eſſe poteſt: non natura, ſed voluntate agitantiũ cœli-
tus ceſſa tum opificiq; Deo parentium, Cœli ceſſaturum motũ. Itaq; nõ ſine cauſa ſciri debet modo
bit ꝓpi ab his cœlitibus orbes ad ratos curſus moueri: vt eorum meatu afflatus temperatiõiſq; no
ceſſatio- uatio gignatur: quę ad ortũ & tabem maxime pertineat: eoſq; eatenus moturos: quoad de-
nē intelli ſcriptorũ hominũ ſelectus cumuletur. Sed tum mouendi munia ab iis relictum iri: propter-
gentiaꝝ ea ꝙ hominibus ſint nullã vim tuendæ vitę in meando datura. Siquidē haudquaq̄ neceſſe
futurum dicimus vt vltra humanũ propagetur genus, vel animantia, aut arborum genera
Vtrum ad vſum hominũ gignant. Quare multis dubitatio accidit. An eadē cœli plaga ſint ceſſa-
ceſſaturi turi orbes qua geniti eſſe dicant. Nam quibuſdã qui tanq̄ quędã animantiũ genera, ſi capi-
ſint in eo ta occuluerint: latere ſe totos opinantur: fas omnino eſſe placet: cœli orbes pręclaro, & rato
dem ſitu quodã ordine conſiſtere. Sed cũ ad veritatis ſimilitudinē accedat: eodē quoq; ordie, eodēq;
quo ſunt ſtatu cœli eſſe ꝓcreatos: Manifeſtum eſſe eodē quoq; ſtatu quo geniti dicantur ceſſaturos.
creati. In quo quidem non eſt ita cœli partienda deſcriptio: vt plagarum genera diſtinguãtur: cũ
Confun perſpicuum ſit quęcũq; cœli ſtatum abſolutiorem, aut deteriorē fieri nullo modo poſſe: q̄q̄
ctio ſolis quoſdam orbiũ habitus inter ſe magis certis quibuſdam effectuũ generibus, q̄ aliis congru-
& marti. ere affirmetur: vt ſi Solis & martis in Leonis corde cõnubiũ aptius ad ariditatem inferius gi-
Aſtrolo- gnendã dicatur: q̄ Iouis & Saturni copulatio: vt Caldaicis eſt litteris mandatũ. At cũ pri-
gi. mo globos orbeſq; cœli genitos eſſe dicimus: fateri etiam cogimur alia tum effectuũ gene-
ra ad inferiora regenda eſſe quæſita: q̄ quę modo flagitentur. Et item alia modo q̄ dudum:
ac rurſum alia in mundi calce: q̄ modo. Quocirca neceſſe eſt orbes ea cœli plaga ceſſaturos
quæ ita primordiorũ aptitudini cõgruat: vt nullo modo is ſtatꝰ extabeſcere poſſe dicatur.
Cum autem initiis ea ſit cõuentura aptitudo: quæ primo ortu orbibus nullo modo cõgru-
ere potuiſſet: facile cognoſci poteſt: haudquaq̄ ea cœli plaga deſerturos motũ: qua geniti
fuiſſe dicantur. Itaq; intelligendum eſt potius orbes ea plaga meandi finem habituros: quę
ita ſit cõciliatura initia: vt agendi viciſſim, ac ferēdi neceſſitate liberent. At etiã ex his occa
ſio diſputandi ducitur. An cœli globi lucis accretione augeſcant. In quo placet noſtris lucē

non modo hominũ cauſa:ſed etiam ad facultatẽ effectoris tanti operis contẽplandi eſſe factam. Itaꝗ diſſoluto iudicio, negatur ſelectorum corporibus a luce res ad vſum neceſſarias ſuppeditatũ iri. Nã cũ ſelectorũ genus opificẽ & parentẽ Deũ cõtẽplaturũ dicat: intelligi ſimul poteſt mẽte eos ſpirituũ corporũꝗ effect⁹ metiri debere:maximeꝗ eorũ oculos corporearũ reꝝ ſpectaculis & admiratiõe lętaturos:ob eãꝗ cauſam conſentaneũ eſt vt nouatis hominibus, cœleſtium quoꝗ orbiũ lux accretione augeſcat. Eodẽꝗ modo affirmatur rerũ primordia flagrãtia lucis, ſplendidiora futura. Sed exiſtere cõtrouerſia hoc loco poteſt. An cuncta ſint animantum beluaꝝ arborũꝗ interitura genera. Quarũ quidẽ rerũ quadriperti ta eſt deſcriptio. Nam quędã eſſe animantiũ genera dicũtur: quę per ſe nullo modo extabeſcant. Quo in genere Dæmones, cœlites, cœleſtiaꝗ corpora numerant. Alia ſunt genera eorum: quę per ſe labefactantur: vt Beluę, arbores, metalla, & quæ eius generis dicuntur. Tertium genus eſt quod corpore extabeſcit: & parte principe labefactari nõ poteſt: quo homines ſoli cõtinentur. Quartũ vero genus eſt coꝝ: qđ quũ partib⁹ tabeſcibile ſit: totũ tamẽ corrũpi nõ poteſt. Non ꝙ coꝝ tota natura per ſe tabefieri nõ poſſit: ſed quia his ob ratũ mũdi ordinẽ cauſa labefactatrix deſit. Ex quo genere rerũ primordia numerant. Sed cũ perſpicuum ſit ei generi ſtatus qui per ſe labefactari nõ poſſit nullo modo id cõgruere: quod per ſe totũ: ratoꝗ mundi ordine ac ſuapte ſit natura tabeſcibile: ob eam iccirco cauſam præclare ſciri poteſt: Beluarũ, arborũ, metallorum, ac eiuſmodi genera, nullo modo manſura.

Vtrũ augẽda ſit claritas corporũ cœleſtiũ

Vtrũ habitura ſint claritatem elemẽta.

Angeli. dęmões. Corpa cœleſtia

Beſtiæ. Arbores Metalla. Mineralia. Elemẽta

DE BEATITVDINE.

NVNC autem ſequitur vt de fœlicitate ſtatuatur. In quo quidem intelligendũ eſt primũ: quodcunꝗ ab hominũ genere expetatur: id omnino finis cauſa expeti: quę eſt amuſſis & libripendix operis humani: ſiquidem perſpicuũ eſſe poteſt: ꝙ quodcũꝗ ab homine expetitur: id neceſſe ſit boni ratione expeti. Quod quidẽ niſi perinde vt abſolutũ bonũ expetatur: quod eſt appetendoꝝ extimũ: intelligi poterit id omnino expeti: vt pergẽs ĩ bonũ abſolutũ. Quãdoquidẽ oĩs exorſus in ſui finẽ ſtatuat: vt pręclare ex his ſciri põt: quę vel ab artificioꝝ genere: vel a natura dimanãt. Ex quo perfacile iudiciũ eſt: omne abſolutiõis exordiũ ad abſolutionẽ cumulatã ſtatui: quę finis extremi cauſa fiat. Sed quoniã cõfitendũ eſt fœlicitatẽ extremũ eſſe bonoꝝ: qđ ab hoĩbus expetatur: perquirendum quidem eſt: quonã potiſſimũ in genere verſetur. Siquidẽ illi ipſi philoſophi cũ cõſentirent in corporis, externoꝝ & animæ bonis fœlicitatẽ oportere poni: in eo maxime diſcrepabant: quid eẽt ex tribus generibus optabilius: quidve magis excellentis beatęꝗ vitę ſpecimen conficeret. Nam in tanta varietate multi minuti philoſophi qui ad lectoꝝ fulcra diſcubunt: fœlicitatẽ dicunt bonis corporis cõſtare: quaſi ab incolumitate corporis, mẽbrorũꝗ integritate, ſeiungi non poſſit. In quo non vident hoĩes fœlicitate inter omnia animantiũ genera excellere: & bonis corporis a multis ſuperari: vt perſpicuũ eſt nos pernicitate a ceruis, viribus a Tauris, agilitate a felibus, & pardis ſuperari. Nec ſentiũt corporis fœlicitatẽ diuturnã eſſe non poſſe: & quod diuturnũ non ſit: id nec beatũ quidẽ eſſe poſſe. Ab his non longo interuallo abſunt Epicurus & Ariſtippus Socraticę diſciplinę lotura aſperſus: qui ſummũ bonũ in voluptatũ affluentia cõſtituũt: dum nõ agnoſcunt corpus lagenã & quadrantal eſſe animæ: cui tanꝗ materia formę, & imperfectũ abſoluto ſubiicit: nec intelligũt voluptatẽ ſenſib⁹: nõ ratione cõtineri: quãdo a voluptate impediat ratio: vt pręclare in libidinoſoꝝ lurconũꝗ natura patet. Et quod rationi officit: id nec abſolutũ eſſe poſſe. Itaꝗ hi artubus fœlicitatis eliſis: in tanto robore doctrinę culicis morſum ferre non pñt: & tanꝗ abſinthii laticẽ potarint: nihil niſi ſuaue in vita perquirunt. Nec vero ſapientiores fuerunt: quibus ſummũ bonum

Nõ eſſe I voluptate.

Epicur⁹. Ariſtippus.

Nō eſſe videbatur honos: quaſi parenti Deo nihil tribuatur maius: nec alia merces magis ab homi-
i honore nibus flagitetᷣ. In quo nullo modo ſuperba ſtoliditas intelligere potuit honorē mercedē non
eſſe virtutis: ſed mercedis loco ſuſcipi ab hominibus: cū vera virtutis merces ſit ſolida, non
lubrica: & quaſi precaria fœlicitas. Nam ſi hoīes honoris cupiditate labores: & pericula adi
rent: fateri cogerentur: ambitionis nō virtutis cauſa ad id fuiſſe cōpulſos. Fœlicitas eñ nō
eſt bonū alteri ſub iectū: ſed id cui ſubiecta ſunt omnia. Cum autē honos ſit teſtimoniū vir-
tutis: perfacile intelligi poteſt eū in actu virtutū: nō in extremo bonorū eſſe ponendū. Nec
Nō eē in multo quoqꝫ ſecus qui gloriā appetendorū finē eſſe dixerūt: tanq̄ fœlicitatē vt chlamydē
gloria. ad poplites fuſam, non talarem adamarent: confirmare conabantur optabilius eſſe bonoꝝ
quaſi gloria ſplendida ſit cōmemoratio nominis hominū: quæ propter laborꝝ periculorūqꝫ
perpeſſionem pręſtantibus tribuatur. Sed cum fœlicitas ſit verū bonū generis humani: nō
cognouerunt gloriā falſam eſſe poſſe: cum quiuis falſo eſſe poſſit in gloria vulgi cōſenſu ex
Non eſſe citatus. Eorum autē opinio quæ magnitudinis falſæ typū ſibi cōficiens: in potentia vitam
in poten beatam ſitam eſſe cenſet: facile exploditur: cū pręclare notū ſit: fœlicitatem nihil praui ad-
tia. mixtum pati: & potentiam æque in malis ac in bonis eſſe poſſe. Sed pręter cęteros pręſtans
Nō eſſe i quoddā philoſophorum genus fœlicitatem vt theſaurum Draco cōplectitur: exiſtimans
ſcientiis vltimum bonorū ab his perfectū, qui eſſent in ſcientiarū inſpectione verſati: ꝙ eſſet īſpectio
ſpecula- quidā quotidianus cibus: quo beatiſſime expleretᷣ aīa humana. Nā cū fœlicitas ſit opus vir
tiuis. tutum perfectaꝝ: quæ maxime ad ſcientiaꝝ inſpectionē pertinēt: cōcludere nitebanᷣ, ſum-
mū bonorū in ſcientiaꝝ inſpectione cōſiſtere. Quę argumēti anguſtia celeriter perrumpitᷣ
cū fateri neceſſe ſit inſpectionē principioꝝ veritatē tranſire non poſſe, quibus omnis ſcien-
Ariſtot. tia continetur. Cū aūt inſpectiōis principia vt ait Ariſtoteles ſenſibus percipiantur: Sequitᷣ
in princi inſpectionem ſenſuū cognitione nō egredi: qđ vero ſenſuū cognitiōe nō exit: nec fœlicitatē
pio me- quidē hoīs abſoluere poteſt. Quā ob rem neceſſe eſt vt illi ipſi philoſophi, ſummum bonū
taphy. in nullo horum generum poni poſſe fateantur inuiti. Cum perſpicuum ſit: quodcunqꝫ cō-
menti ſunt: mortalis conditionis finibus circūſcribi: & deleto corpore deleri etiam vitę bea
tę ſenſum. Nos autem amiſſa vi ponderis, veritatiſqꝫ depulſa fame, ſummi boni integrita
Non eſſe tē perſequimur. Itaqꝫ intelligendum eſt primum fœlicitatem hominum nullo modo in ali
in bono quo genitorū genere conſiſtere: propterea ꝙ fœlicitas expletum et ſummum eſt bonorum:
creato. qua appetitio ſedatur, Nec enim appetendorum extimum diceretur: ſi in ea aliqua appe-
tendi anſa reſideret. At cū voluntas quæ eſt animæ appetitio bonoꝝ vniuerſum expetat:
fateri neceſſe eſt eam a nullo niſi a bonoꝝ vniuerſo ſedari. Quod quidem cum haudquaq̄
Eſſe in in aliquo genitorum genere: ſed in parente rerum Deo conſiſtat: a quo cumulate hominū
Deo. voluntas expletur: ſatis erit intelligi in eo ſolo hominum fœlicitatem eſſe ſitam. Sed per-
quirendū eſt hoc loco. An fœlicitas in aliquo voluntatis actu ſuapte natura verſetur. Sco-
Scotus. tus enim egregie acutus ſcriptor: fœlicitatem magis voluntatis actu: q̄ intelligentia con-
Scotiſtę. tineri putat: eiuſqꝫ diſciplinę incredibilis multitudo appēdix fœlicitatem arbitratur in pręs-
Vtrū ſit ſtantiſſimo actus genere verſari. Sed cum præſtantiorem voluntatis q̄ intelligentię actum
in actu opinetur: ſatis argumenti eſſe cenſet fœlicitatem voluntatis actu contineri. Idqꝫ hoc modo
volūtat[confirmat. Siquidē illa inquit actus genera præſtantiora videntur: quoꝝ cauſa ſeruitutis iu
ga depellimus: q̄ ea quoꝝ cauſa libertatem nō nanciſcimur. At cum hoīes voluntatis non
intelligentię actu liberi dicantur: Quandoquidem intelligentia obiectu cogatur: facile ſe-
Durād9 quitur fœlicitatē in pręſtātiori actus genere verſari. Contra quos Durandus perbelle oībus
ingreſſibus qua adiri poſſet: rationū præſidia collocaret: ne q̄ effugia paterent: ſi enodatius
intelligentię voluntatiſqꝫ libertatē ſecreuiſſet. Nobis autē cū in fœlicitate duo poſtulanda

eſſe placeat:vnū qđ fœlicitatis natura ſit:alterū qđ ei per ſe accidat: Confirendū videt̄ fœli
citatē vt fœlicitatis naturā in volūtatis actu nullo modo eſſe ſitā. Atq; etiā cauſa videt̄ eſſe
quærendi:an intelligētia genita ſuapte natura Dei poſſit naturā intueri. Diuus quidē Tho
mas naturarum genera ſeiungens:cōprehēſio inquit noſcētis naturæ ſuę modo conſtituit̄.
Si igit̄ naturæ modo alicuiꝰ rei notę:noſcētis naturæ mō egredit̄:neceſſe eſt vt illiꝰ rei notio
percipientis naturā effugiat. In quo acriter eſt ei cū Scoto cōſerēda manus:q ſyllogiſmū ad
amuſſim Diſſerendi reuocans:male ab eo connexū cōcluſum putat. Sed ego ad hāc quęſtio
nem pertinere arbitror:vt altius hoc totū repetat̄ genus. Nā cū plærīq; philoſophorū fœlici
tatē eſſe vellent in pernoſcenda cœlitū natura ſemota: Ab eorum ſentētia cauſa nonnullis
decedendi fuit:q̄ nullo modo cēſerent ſub intelligentiā poſſibilē (audeamus iterū hoc ver-
bo vti) cœlitū cadere poſſe naturā:quaſi ita longe ab intelligētię notione, eorū natura abeſ
ſet:vt nihil videretur eſſe poſſe diſiunctius. Poſt vero ex eo genere multi cum affirmarēt ab
hominū intelligentia noſci, quodcunq; comprehendi poſſe diceret̄:facile intellectu eſſe cen
ſebant cœlitū naturā ab hominū intelligentia percipi poſſe. Atq; ex his etiam bonꝰ auctor
Auicenna quaſi Herculis nodū diſſolueret:cœlitum naturā a nobis nō quidē ex quadā eru
ta:ſed ex impreſſa ab his ſimilitudine intelligi poſſe voluit. Qua tamē commēticia ſenten-
tia haudquaq̄ fit nobis Dei abdita natura nota:cū perſpicuū ſit nulla impreſſa ſimilitudīe
ab hoīm intelligentia, ita percipi poſſe Deū: vt ſine intermediis, eius natura cernat̄. Quare
a veri iudicio propius abeſt tota illa Ariſtotelea manus. Ex quo genere maxime ab Auerroi
& Aphrodiſeo Alexandro ꝓpria quædā ſunt indagata ſolertius. Nam cū in omni notione
formā neceſſariā eſſe opinentur:qua qualeq; quidq; ſit intelligat̄:aut ea forma cernat̄:qua in-
telligētia ad cœlitū percipiendā naturā abſoluat̄: Nullo modo quid eſſe putāt:qđ intelligē
tia, a rebus concretis eliciat: Nec itē ſimilitudinem a cœlitibus in intelligentia inſculptā eſ
ſe dicunt. vt Auicēnę eſt viſum. Sed ipſam cœlitū naturā eſſe volunt:q̄ intelligentiæ vt for-
ma annectat̄. Quorū quidē ſententia q̄q̄ proxime ad veritatis ſimilitudinē accedat: multū
tn̄ eſt ei theologica lima detrahendū. Itaq; intelligi maxime debet:ab intelligētia genita mi
nime ob naturę diuinę infirmitatē percipi poſſe Deū: quaſi non ſit per ſe natura cognobilis:
Sed id ex intelligētiæ genitæ imbecillitate oriri:q̄ ſuapte natura ad genitarū rerū notionem
pręfinitur. Q̄q̄ ne hoc quidē perinde hoīm generi:ac cœlitū naturæ cōtigit:ſiquidē cœlitū
naturæ ſeiūctę nihil ſuapte generis ratione deeſt: Sed naturę diuinę collatione deſit:q̄ extra
eorū genus cōſtituit̄. At hoīm intelligentiæ ſuapte generis ratiōe infirmitas ineſt: ꝓpterea
q̄ tenebricoſa quadā caligine obducit̄. Idq; etiā cognobilis naturę lōginquitate accidere di
cimus. Nā q̄q̄ affirmet̄ oīm intelligētiarum generi p̄ſentē eſſe Deū: haud tn̄ oīm generi: vt
forma cognobilis adeſſe ꝓbat̄. Siquidē id tū accidere dicimꝰ:cū ita eſt intelligētię informa-
ta aptitudo: vt naturę diuinę ſit tanq̄ cognobili formę iugabilis. Quāobrē multo preſſiꝰ di
cemus intelligentiā hoīm lumine quodā glorię in diuina natura cernenda egere. Nā quod
cunq; ad id extollit̄:qđ naturę ſuę finibus exit:neceſſe eſt vt illiꝰ habitu informet̄: qđ termi
nos naturę ſuę tranſit. At cū intelligētia haudquaq̄ ſuapte natura ſit Dei intuēdi capax: p̄
clare ſciri poteſt neceſſe eſſe vt ſemp Dei nutu augeat̄ intelligendi vis:q auctꝰ: lumē, quod
dam ſupra naturæ complexū eſſe dicat̄. Ideoq; aliqua noſtrorū diſſenſione certat̄:an intelli-
gentia genita in Deo cernēdo pernoſcat:quęcunq; agat:acturuſve ſit. Diuus quidē Tho-
mas nuſq̄ ſe tutius futurū putat q̄ ſi eo loci rationes deducat:quibꝰ id palā neget̄. Sed acceſ
ſit aſſiduus luctator Godofredus:q vt id efferat qđ habet ab Hērico Gandenſi ſatiuū:cun-
cta a dei ſpectatore cerni vult:quæ in Deo ſuapte natura eluceant:non aūt q̄ mente diuina
continentur. Contra quem Bernardus Gannacus Diui Thomę cauſam tueri conatur:ma

Sanctus Thomas

Scotus.

Opi. philoſopho.

Alia opi.

Alia opi.

Auicēnę opi. ī metaphyſi.

Peripatetici.

Opinio Auerrois Alexā. in iii. de aīa.

Differentia inter Intellectū angelicū & humanum.

Intellectus indiget adiutorio luminis glīæ

An itellectus videat omnia in Deo.

S. Tho.

Godofre.

Hēricus gādēſis.

Bernar. gānacus.

D.Augu ximeqꝫ eum illis anguſtiis vrget:quibus ab eo Auguſtinus ad argumenti ſocietatē accitur
ſtinus. Sed hæc alias ſunt a nobis differēda latius.Hoc aūt loco multo verius dicem⁹ extremū ab
Btitudo ſolutūqꝫ bonorū diuinę naturæ ſpectatu cōtineri:cū perſpicuū ſit hominē nūq̃ eſſe poſſe cu
in Dei vi mulate abſolutū:quoad ei appetēdi,aut indagādi quippiā reſideat. Etenī hoi vt ait Ariſto
ſione cō teles naturalis appetitio reſidet indagādæ cauſę:cū in cōſpectu quoſdā rerū effect⁹ fieri vi
ſiſtit. det:nec cām eſſe ignorat.Quę q̄dē appetitio,cōquirēdi cauſam parit:vt ſi q̄ſpiā cometē no
Ariſto.in rit:neceſſe eſſe videt vt is ex quapiam omnino cauſa dimanet.Quā cū admiret:nec intelli
prio Me gat:ob eā admirationē inquirēdi cupiditate flagrat:nec vnq̃ ſane appetitio ſedaṫ:niſi ſit ab
taphy. eo cauſę indagata natura.Eodemqꝫ modo ſi hominū intelligentia nōdū primā naturæ cau
ſam attigiſſe dicatur:intelligi maxime pōt:naturalē ei appetitionē reſidere indagandæ cau
ſæ:nec dum eam eſſe complexu bonorū abſolutā.Ex quo quidē conſtare inter ſanos debet:
neceſſe eſſe vt in abſoluto complexu bonorū ab intelligētia primę cauſę natura attingatur.
Quo ſane loco tā multa de omni fœliciū ſtatu,deqꝫ munerib⁹ coroniſqꝫ eorū a noſtris ſunt
diſputata Diuinitus:vt longius mēs humana ſine patefactione Diuina progredi nō poſſit.

DE POENIS DAMNATORVM.

SEd vt nihil inſtituto operi deeſſe videaṫ:de his dicendum erit q̄ maxime
ad profligatos perditoſqꝫ reos pertineant.Itaqꝫ primo videndū eſt:an ani
ma corpore vacans:corporeo igne torreri poſſit. In eiuſmodi quæſtione
Diuo Thomæ animā a corpore ſecretā corporeo igne vexari poſſe placet
S.Tho. Cuius quidē ſententię ſubito accurrit Durandus affirmans facile eā ſen
Durād⁹. tentiā probari poſſe:ſi modo anima in loco ſuapte natura eſſe dicatur:cū
diuinitus relegenṫ loco.Qꝫ q̃ nondū ſatis ſibi liquere dicat:quonā modo retinendi vis in vl
tori illo igne reſideat.Itaqꝫ dū cuiuſmodi ſolet:ſimilitudines in differendo colligit:in id cō
cludendi genus remigrat:vt fieri minime poſſe velit:quin dicaṫ ſentētia illa Aquinatea fal
Petrus ſa.Contra quem bene frugi Theologus Petrus Paludenſis Diuo Thomæ Patrocinīū ſuſci
de Palu. pere conaṫ.Atqꝫ etiā multi quaſi aliquid acrius ex philoſophorū amne expiſcari videantur:
Aliorum Qꝫ q̃ aīam a corporeo igne torreri negent:ab ea tamen vindicē ignem tanq̃ noxium rapi vo
opinio. lunt:in illiuſqꝫ complexu eam luctu tetraqꝫ formidine vexari.In quo non ſentiunt:ſi hoc eis
Alia opi. concedaṫ:ſpectatu videri,nō verū eſſe animę perpeſſum.Quare plęriqꝫ arabeo adipe perun
cti:haud quidē in igne:ſed in ademptione optati boni aīæ perpeſſum eſſe voluerūt.Qđ q̄
le ſit:quivis e philoſophorum plæbe cognoſcere poteſt.Quorundā aūt opinio eſt nullo mo
Aliorum do vi rapacis igneę naturę aīam corpore vacantē perpeti.Sed eā quatenus ignis Dei inſtru
opinio. mentū dicatur:patiendi neceſſitate affici.Idqꝫ vario ſimilitudinum genere cōfirmant.Nā
multa vi principis agentis actione naſci dicunt:q̄ illis minime quoquo verſum congruant:
vt pręclare in naturæ calore cernere licet:q animæ vi alimenta in membrorū incremētū ver
tit.Atqꝫ etiā a coeli orbibus:cū aīa vacēt:vi tn̄ agitantiū coelitū vitā inferius gigni dicunt:
vt ex his facile intelligi poteſt:q̄ tabe liquefacta gignunṫ.Nec id multo etiā minus in operi
bus artiū noſtrarū ſciri poſſe:vt maxime in malleo vel ſerrā:aut in eiuſmodi genere perſpici
Aliorum tur:q̄ ſint tūdēdi,aut ſecādi oīno expertia:niſi vis ab agitāte opifice adhibeaṫ.Nōnulli eti
opinio. am vim quandā ſpiritus ſupra naturæ complexū vltori illi igni inſitā eſſe putant:qua maxi
me aīæ vexenṫ.Quę quidē ſententia pręclare eſt ab imis fibris a Ricardo reuulſa. Nos autē
Ricard⁹. his exploſis ſentētiis multo verius dicemus ignis eſſe ſpiritui tanq̃ loco collocatū copulari
At quatenus funeſtus ille ignis Dei inſtrumentū dicaṫ:inſitū illi eſſe affirmamus ſpiritum
quodāmodo nexū cōtinere:ob eāqꝫ cauſam ignē qui ſit nequiſſimorū hoim corpora exuſtu

rus corporeũ eſſe debere cenſemus: quandoquidẽ corpori, nulla poena magis ꝙ̄ corporea cõgruat. Quare iure eorũ philoſophorũ ſententia vt vetus pictura euanuit: qui exceſſu vitæ mulctã tãtũ irrogari opinabant. In quo ſane multũ Auicẽna emarcuit: q erat in numero excellentiũ philoſophorũ reponendus: ſi potuiſſet ſine hac exceptione laudari. Nã cũ aĩas exceſſu vitę corporũ ſimilitudine perinde plecti vellet: vt ſomniãtium imaginationi ſimilitudo imprimit. Nõ vidit imaginationẽ vim eſſe quandã corporeo inſtrumẽto nitentẽ: ex eoq; fieri non poſſe: vt viſum imaginatione ortũ, æque in aĩa a corpore ſeiugata, atq; in ſomniantis anima naſcat. Itaq; cũ labyrinthi exitũ ſine lini glomere inuenire conaret: inuolutius in alia opinionis prauitate verſatur. Siquidem cum aĩam corpore vacantẽ coeli quadam parte organi vice vti ſuſpicet: cui⁹ ob id corp⁹ humanũ ſimile velit: vt aĩa rationis compos abſoluit: ꝙ̄ ſit agitantiũ coelitũ ſimilitudine germana. Non intelligit eam ſibi accipiendã eſſe plagã: vt ei neceſſe ſit in ieiunã illã & inſulſam philoſophorum ſententiã incurrere, q aĩas ad ſyderũ orbes regredi voluerunt: & ab Ariſtotele hebetiorũ philoſophorũ irriſore deſciſcere: q æque aĩam pręfinito organo corporeo, ac fabrũ ferrariũ malleo vti cẽſet. Ex quo perſpicuum ſit haudquaꝙ̄ aĩam in varia corporũ genera meare: vt Pythagoræ viſum fuiſſe ſcimus. Sed poteſt eſſe cõtẽtio: An vltor ille ignis ſit futurus æternus. Plæriſq; enĩ multo vẽdibilior ratio videri ſolet: ſi ignẽ in aliena materia eſſe opinent: & ſuapte natura effici æternũ putent. Nã ſemp ab eo depaſci materiã ſuã volũt. At quoniã apud Herebũ coeli afflatũ eſſe confirmant: quo ſemper in tellurẽ aqua, & tũ pars Aeris, tũ pars eiuſdẽ viciſſim ignis cõuertatur: Ob eã icciro cauſam ęternum eſſe poſſe dicũt. Propterea ꝙ quemadmodũ ex vna ſui parte materiã arripi cenſent: ita æque eodẽ afflatu rurſum gigni arbitrant. Quibus ſane aliqd cõcedendũ putarem⁹: ſi rationes induxiſſent, quib⁹ ꝓbaret poſt iudiciũ ignẽ futurũ ſempiternũ: cũ præclare notũ ſit in rerũ primordiis tabẽ ac ortũ diſſoluto iudicio ceſſaturos. Itaq; tutius dicendũ erit vindicẽ illũ ignẽ in aliena materia conſiſtere, viq; ſupra progredientem naturã æternũ futurũ. At ſi quiſpiã in rerũ inſtitutione materiã opinet: ita naturę habitu; coeliq; afflatu molitũ eſſe Deũ vt exardeſcat: atq; igneæ auiditati paſtũ ſuppeditet: nec conſumi vllo modo poſſit: is haud quidẽ multũ a Diui Auguſtini ſententia deſciuerit. Sed quęrẽdum videt: quanã mundi regione tartareę ſedes locent. Nõnulli enim in theologia Mathematici parũ conſentaneũ videri volunt: inferorũ ſedes eo loci eſſe ſitas: quo pręſtantiſſimus coeli afflatus conſtituit. At cũ pręſtãtiſſimus afflatus mediã mũdi ſedem, qd̃ gręci κέντρον vocant, obtineat: cũ ex quacũq; coeli parte radiorũ interuentu ad perpẽdiculũ ferant ad centrũ: cumq; id radiorum genus quod ad perpendiculum feratur: cæteris multo valentius dicatur: ſi has infernas ſedes in telluris viſceribus locari confirmet: facile intellectu eſſe: eas in in centro, aut ꝙ̄ proxime eſſe ſitas. Ex quo pręclare ſciri poſſe abſurdũ eſſe: vt orcus ſub telluris vertice ſtatuat. Qd̃ quidẽ facile refelli poteſt, cũ ſatis perſpicuũ ſit præſtantiorẽ eſſe coeli afflatũ: q in Periferiã ꝙ̄ q in centrũ ferat. Ac itẽ excellẽtiorẽ eũ omnino videri q ſupra tellurẽ, ꝙ̄ qui infra ferat: ſi id noſtrorũ domiciliorũ collocatiõe metiamur. Itaq; quoddã philoſophorũ genus Herebũ ſub telluris orbe, ſupra ſummã tñ cutẽ ex aduerſo vertice eſſe volunt Atq; etiã Ariſtoteles q omnibus ſuperioribus philoſophis Equũ ob veternũ adimendũ putat: Pythagoræ placuiſſe dicit, cruciamentorũ carnificinam igneo in orbe eſſe ſitã: eamq; in media mundi ſede locatã. Nobis vero exiſtimandũ eſt cõſentaneũ videri Herebi infernam ſedẽ, ſub telluris vertice eſſe cõſtitutã. Nam quẽadmodũ grauiora ſuapte corporis natura inferiora dicunt: ita terrena deorſum ſuapte pondere ferunt: ac quẽadmodũ excelliſſimum coeli templũ foelicũ hominũ lætitiæ appoſite apteq; deſcribim⁹: ita volumus funeſtis perditorũ luctibus telluris viſcera cõgruere. Quo ſane loco nequiſſimorũ reorũ nefaria volun

Quorundã philoſophorũ opinio.
Auicẽna Errores Auicẽnę
Quorundã philo. opinio.
Ariſtote. Opi. Pythagorę.
An ignis futurus ſit ꝑpetuus.
Quorundam opi. Cõtra opinionẽ.
Securior opinio.
Sanctus Auguſti.
Vbi ſit infern⁹ loc⁹.
Quorundã opi. Contra opinionẽ
Opi. quorũ. philo. Ariſto. in ſi. coeli.
Opi. pythagorę.

De volũtate Dãnatorum

Si appetũt beatitudinẽ.

De ſcientia agſita

Cogitãt bona omiſſa.

Carẽt viſiõe Dei.

An mĩa Dei liberatura ſit

An p̃ces ſctõrum.

tas oſtendit. Nã primũ eos dicimus orcũ velle humano genere cõpleri: proboſq; oẽs Dęmonũ carnificũ animaduerſione ſempiterna vexari. Eodẽq; modo illis odioſum eſſe Deũ. Cũq; primus naturę motus finis vniuerſi appetitio ſit: eã ob cauſam putandum eſt: ab his ſuapte natura finẽ vniuerſum expeti. At cũ extremũ & vltimum fœlicitas dicat: manifeſtũ eſſe poteſt ab hoc perditorũ hoĩm grege fœlicitatẽ expeti. Sed ita eã appetitionẽ tenuẽ, & pimbecillã eſſe dicim⁹: vt magis cumulandarũ ęrumnarũ: q̃ cõſolandi cauſas afferre videat: cum appetitio eius opinati boni: quod acquiri nullo modo queat: angor ſit potius & ęrumna expetentis. Atq; etiã intelligendum eſt, eos adeptę ſcientię reminiſci poſſe: propterea q; in patratorũ ſcelerũ meditatione, ac in acerbiſſima animaduerſione ponderãda verſent. Et tum cogitatiões ad pręter miſſorũ pręclarorũ munerũ memoriã traducãt. Tũ bonorũ genera expendãt. Q̃ tib⁹ ſe priuatos eſſe intelligãt: quæ amara meditatio acrius mœrorũ, miſeriarũq; luctum exagitat: & cum oĩa ęrumnarũ genera complectant: tum nihil acerbius ex omnium calamitatũ genere ferunt: q̃ q; a parẽte rerũ Deo contuendo arcentur. Quãobrem ſæpe inter noſtros eſt nata diſſenſio: An De⁹ ſuppliciorũ vexationẽ æternã futurã velit. Multi q nauteam ex Origenea ſentina hauriunt: nõ modo hoĩm, ſed etiã Dæmonũ, ſupplicia in tẽpus circunſcribi putant. At quidã quaſi eorũ vlcerib⁹ malagmata leniora adhibeãt: diuos modo ſontib⁹ in cœli patrocinio ſuffragari dicũt. At cũ diſſoluto iudicio inflãmatiores ad opitulãdũ fore opinẽtur, cũ tum abſolutior ſit futura charitas: plane bene liquere eos tũ precandi ſuffragandiq; patrociniũ ſuſcepturos. Sed cũ eorũ minime ſit inanis peritura precatio: ſatis eſſe notũ, ita placari poſſe deũ: vt quãdoq; ſit reis acerbiſſima ſuppliciorũ iuga depulſur⁹. Qui quidẽ haudquaq̃ ex ĩtegris eſſent effecti claudi: ſi recordari voluiſſent: diuos modo facinoroſorũ reorũ patrociniũ ſuſcipe: vt in auctorẽ Deũ a flagitiorũ colluuione reuocent: cum nõdum ſit reuocandi prætervecta facultas: intellexiſſentq; excedentibus ſine gratia manibus nullum tempus reuocandi dari, nullumq; diſſoluto iudicio ſuffragãdi ſtudiũ futurũ. Sed hoc perduellionũ tranſfugarũq; genus omittat: nã cũ eorum ſtolida ambitio in tanta diſſentione verſet: vt nihil poſſit eorũ mendaciis cõtra omnem etiã philoſophiã inuolutius inueniri: nihil attinet vt in eorũ harundinibus repellendis ancilia noſtra adhibeant.

FINIS.

Habes Pont. Max. Theologumenon ſententiarũ Typum. Ex quo iudicare poteris, quanta cęterorũ membrorũ laxitas exiſtat. Nã de Deo, de ortu rerũ, de inſtauratione, ac de ſacris æque contracte eſt a nobis explicata diſputatio, ac in parua ſæpe tabella orbis magnitudo exprimit. Ammonere enim Philoſophos & humaniores volumus: vt vberius & illuſtrioribus litteris hoc ſcribendi ſtudiũ aggrediant. Equidem nihil minus cõſentaneum eſſe puto q̃ politorem philoſophiæ eſſe rudem: aut Philoſophũ infantẽ, cum vtriuſq; maxime vtraq; ſtudiorum natura interſit: Nos eñ interim Pont. Max. minime eiuſmodi copulandi mun⁹ intermittemus: ſiquidẽ & de poteſtate Pontificis iam quaſi ſuperfœtantes ingreſſi ſumus: quos ſane libros arbitror tibi Senatuiq; nõ iniucundos futuros: multaq; etiã ſeparatim edere conamur: ne cui Theologiæ loco ſplendidus ornatus deſit: in quibus quidẽ libris, ſicubi vnq̃ eſt a nobis titubatũ: id totũ tibi ſenatuiq; remittimus: vt tanq̃ mẽbrũ luxatũ reponat.

IO. Andreæ Corteſii Murinenſis ad lectorem Ode Monocolos.

Exacti latio culmine, Delius,
Et pectus vitreo quę tegit Aegida,
Irati: reſides vertice in arduo
Phocis, pegaſidum cū grege languido,
Nuſq̄ bacciferā Daphnidos arborem
Nutribant. fugiens quū ſacer impetus
Menti reſtituit Phœbada priſtinæ.
Tunc cœtū ſonitus Pallados impulit.
Currunt continuo, pectore feruidi,
Agnoſcunt ſobolē, Pleiones nepos
Hic gaudens aderat, cum Charitū globo,
Inter quas, iuuenis comptior Archade,
Et quauis Charitum virgine gratior.
Purgabat vepribus compita Phocidos,
Runcina, vt melius culmina peruia,
Poſſent linigeri ſcandere Flamines.
Senta & Corycidos ſumere pocula.
Paulus Corteſius tunc erat, artifex
Recti. quæ deceant O genus horridum,
Tandem vix hominum: qui male trāſfugæ
Formidant referent. Quid tibi Pontifex
Adiunxit? Metiris forte ſuperbiam
Sumet, ſi renuit, mitis & integer,
Nos ex Corteſia gente reſumimus.

Finis quattuor librorū ſentētiarū Per Paulū Cor-
teſiū Protonotariū Apoſtolicū. Quos Dn̄s
Euchari⁹ Silber alias Franck Calchogra-
phus: Iulii. II. Pont. Max. Auſpiciis Ex
Archetypo accurate deſcriptos Ro
mæ in Cāpo florę Imprimebat.
IIII. Kal̄as. April. M. D. IIII.

Et rurſus Badius apud Parrhiſios Quarto Kal̄as Maias. M.
CCCCC. XIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.